5

Propugnaculum ECCLESIASTICAE LIBERTATIS, ET PONTIFICIAE POTESTATIS,

Aduersus leges Venetijs latas, et contra earum defensores.

Ad Sanctissimum Dominum Nostrum


PAVLVM V. PONT. MAX.

Authore

D. IOANNE BELTRANO GVEVARA I. C. HISPANO.

Regio Consiliario, Archiepiscopo Salernitano designato, Regniq. Neapolitani Visitatore generali a Potentissimo, & Catholico Rege D. N. PHILIPPO III. deputato.





ROMAE, Apud Lepidum Facium. M.D.C.VII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur ſi placet R. P. Magiſtro Sac. Palatij Apoſtolici. B. Epiſcopus Arim. Viceſg.

Imprimatur, Fr. Io. Maria Magiſter Sac. Pal. Apoſtolici.



MO

S. D. N. PAVLO V. PONT. MAX.

D. IOAN. BELTRANVS GVEVARA Designatus Archiepiscopus Salernitanus, & Visitator generalis Regni Neapolitani salutem, & perpetuam felicitatem.



ITTO Sanctitati Tuæ hos studiorum meorum fructus, qui in publicum nũc prodeunt. Opus a me præ angustia temporis, & itineris molestia, minus elaboratum, & ab Illustriss. Cardinali Doria mihi impositum. Renui, & declinaui imparibus humeris molem suscipere: quippe magnam, & grauem, tum etiam, quod cum metu quodam Sanctitati Tuæ hoc munusculum dicabam. Vicit tamen obedientiæ sacrificium. Itaque quantũ possum, non quantum debeo Sanctitati Tuæ offero: meliora forsan in posterum daturus. Interim Sanctitas Tua lucubratiunculas has, meque seruum suum bono, & benigno animo suscipiat, & ab impijs obtrectatoribus defendat. Mediolani xij. Kalen. Nouemb. 1606.

Hæc errata magna ex parte suis locis sunt emendata in multis voluminibus. Vbi autem id factum non est, sic corrigantur.

Primus numerus denotat paginas secundus lineas.

11. 4. eis — *eius*
6. Benedictus 9. — *Benedict. 11.*
12. 2. statuto — *statuta.*
13. cons. 28. — *cons. 8.*
14. 24. in d. l. 1. quæ onerand. — *in d. l. 1. §. quæ onerandæ.*
15 2. dicimus — *dicitur.*
29 c. 28. quæ in l. veteri, — *c. 28. & 29. quæ in lege veteri.*
18 6. ecclesia quæ prohibetur. — *ecclesiæ, quæ prohibentur.*
19 7. cui — *qui*
28 2. destruitiones — *destructiones.*
29 15. de quo inferius copiose agendum est. adde. §. sexto primæ assert. nu. 16. & 17.
37 1. per Butrium — *vt per Butrium.*
24 edicta — *facta.*
38 23. consulius — *consultius.*
44 31. genodochia — *Zenodochia*
45 7. præstituntur — *præstituuntur*
46 13. 592. 593. — *Anno 592. &c.*
49 3. certi genus — *certum genus.*
6. posset — *possit.*
50 22. de pace, & iuramẽto firmãda — *de pace iuramẽto firmãda &c*
57 23. quod laicis de rebus ecclesiæ nil dispenere. — *quod laici de rebus ecclesiæ nil disponere, &c.*
69 11. competent, — *competenti.*
24. expendatur — *expendantur.*
76 15. superioretas — *superioritas.*
28. qaeri — *quæri*
79 15. reliquitur — *relinquitur.*
83 30. Nicephoris — *Nicephori.*
35. quocunque Deum. — *quo Deum.*
84 9. testatur — *testatum*

86 18. rei piæ — *rei propriæ.*
36 definitione — *distinctione vel differentia.*
88 10. nec ea — *nec eas.*
92 26. vendatur — *vendantur.*
93 21. expanditur — *expenditur.*
95 16. dua — *duo.*
96 13. sentisse — *sensisse.*
97 31. diuet — *diues.*
98 24. in casu quo — *in casu, de quo.*
101 30. Cassan. — *Iason.*
112 opinionem — *Opizonem.*
113 10. contradictione — *traditione.*
116 9. voluntarium, & indirecte. — *voluntarium indirecte.*
117 6. de exactione. Tributo, libro 10 vbi notat Iason. num. 17. — *de exactor. tributorum lib. 10. notat Ias. in d. l. fin. n. 17.*
10. præemio — *proœmio.*
118 & indirecte — *& directe.*
25. positionis — *dispositionis.*
119 3. proprietatis vt est — *proprietatis, quæ est.*
120 19. ex cõtrarium — *in contrariũ.*
126 1. verius esse — *veritatem esse.*
130 5. quas — *quæ.*
132 8. an de aliqua — *an ex aliqua.*
165 10. si excommunicauic, — *si excommunicauit.*
171 11. adnotata — *ad notata.*
205 15. exteriorius — *exterius.*
30. notoria — *notorie.*
34. Nam ex falsa propositione non potest colligi vera cõsequentia. — *Nam ex falsa propositione nõ mirum, quod falsũ consiquens inferatur.*

PRI-

PRIMÆ ASSERTIONIS Initium.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur lex prima Veneta.*
2 *Ponitur lex secunda Veneta.*
3 *Lex tertia de eadem re.*
4 *Veneti clerici incarcerantur.*
5 *Veneti fuerunt moniti a S.D.N. Paulo V.*
6 *Monitorium S.D.N.*
7 *Primum caput monitorij.*
8 *Secundum caput monitorij.*
9 *Tertium caput dicti monitorij.*
10 *Quartum caput eiusdem monitorij.*
11 *Quintum caput monitorij.*
12 *Sextum caput monitorij.*
13 *Septimum caput monitorij.*
14 *Octauum caput monitorij.*
15 *Nonum caput monitorij.*
16 *Caput decimum monitorij.*
17 *Caput vndecimum monitorij.*
18 *Caput duodecimum monitorij.*
19 *Veneti nolunt obedire monitorio: & edictum de hac re factum a Duce Leonardo.*
20 *Veneti mittunt Oratorem ad Pontificem.*
21 *Quod Prælati officia diuina continuent.*
22 *Protestatio Venetorum in edicto suo facta.*
23 *Data edicti Ducalis.*
24 *Veneti cogunt ecclesiasticos, vt spreto interdicto publice celebrent sub pœnis.*
25 *Aliqui Prælati edicto Ducali paruere, qui grauissime peccarunt, & refertur vti scripsit Illustriss. Card. Columna.*
26 *Illustriss. Card. Baronius Venetos reprehendit.*
27 *Veneti permittunt libellos publicari contra monitorium summi Pontificis, incerto authore, & quid illi libelli contineant.*
28 *Motiua quibus Author Propugnaculi motus est ad scribendum hunc tractatum.*
29 *Dei causa agitur in hoc Propugnaculo.*
30 *Diuisio huius tractatus in duas Assertiones diuisas.*

Legum

Legum Venetarum copia, de quibus in hoc Propugnaculo agitur, & quæ deinceps earum causa sequuta sunt.

PRIMA LEX.

1 PRIMA lex, seu decretum Veneti Senatus latum die 23. Maij 1602. occasione cuiusdam litis inter Doctorem Franciscum Zabarellam ex vna:& Monachos Monasterij de Prallia Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinen.Patauij ex altera: quo cautum est, vt dd. Monachi nō possent in illa causa,nec deinceps vllo vnquam tempore prætendere actionem prælationis quocumq. titulo,aut colore,ad bona ecclesiastica emphyteothica a laicis possessa; nec ratione prælationis, aut consolidationis cum directo dominio, seu extinctionis lineæ in prima inuestitura comprehensæ; neue ex quacumque alia causa possint acquirere proprietatem dictorum bonorum; sed tantum sit illis reseruatum dominium directum. Hoc decretum fuit nunc ampliatū,& extensum ad omnes alias personas ecclesiasticas,seculares, & regulares, Monasteria monialium, Hospitalia, & alia loca pia in statu,& Dominio Veneto consistentia.

SECVNDA LEX.

2 SEcunda lex lata est 10. die Ianuarij Anno 1603. prohibetq. quod nullus,siue secularis,siue ecclesiasticus in Ciuitate Veneta possit fabricare,seu erigere Ecclesias, Monasteria,Hospitalia,& alias domos religionis,aut loca pia,sine speciali licentia Ducis,& Senatus congregati in Preghai (est autem Preghai concilium multorum virorum, ad quos spectat totius Reipublicæ gubernatio.) Nunc vero fuit ampliatum hoc decretum ad omnia loca iurisdictionis Venetæ, imposita pœna contra transgressores exilij, carcerationis perpetuæ, & confiscationis fundi, & ædificiorum.

TER-

TERTIA LEX.

3 TErtia lex antiqua de Anno 1536. prohibet ſub certis pęnis in ea contentis, quod in dicta Ciuitate, & Ducatu nullus ex teſtamento, aut donatione inter viuos, nec quocumque alio titulo poſſit alienare bona ſtabilia in pios vſus, nec bona illa obligare in fauorem cauſæ piæ, niſi pro certo tempore tunc præfixo.

Hoc decretum non fuit hucuſque obſeruatum, modo autē innouatum, & ampliatum eſt, prohibens venditionem, & alienationem bonorum ſtabilium in perſonam eccleſiaſticam, ſine licentia dicti Senatus, ſub pœna in dicto decreto contenta: quod etiam ampliatum eſt ad totum Dominium Venetum, in quo fuit publicatum; ordinando, & præcipiendo, vt bona ſtabilia contra dictum decretum vendita, & alienata, vltra nullitatē contractus, confiſcentur, & vendantur, pretiumq. illorum diuidatur inter Remp. ipſam, & iudicem exequentem dictum decretum, & denunciatorem, ſeu delatorem.

4 Nondum ſibi ſatis proſpectum ijs legibus Senatus cenſuit, quinimo contra quoſdam Canonicum, & Abbatem procedunt, eos carceri mancipando.

5 Et quamuis a S.D.N. Paulo V. multoties fuerint moniti, vt ab huiuſmodi legibus, & cauſarum cognitione abſtinerent, ſub pęnis, & cenſuris ipſo iure incurſis, & deinceps incurrēdis; noluerunt tamen obtemperare, nec dictos carceratos dimittere Nuncio Apoſtolico Venetijs reſidenti, nec in priſtinum ſtatum omnia reponere, & libertatem, immunitatemq. eccleſiaſticam ſarctam, tectamq. & inuiolatam conſeruare.

6 Idē S.D.N. ex conſilio Illuſtriſs. DD. Cardinaliū literas Apoſtolicas ad Patriarchas, Archiepiſcopos, & alias pſonas eccleſiaſticas miſſas publicauit. Quæ autē in eis cōtinētur, hæc ſunt.

7 Primum, quod ad eius notitiam peruenerunt dictæ leges, ſeu decreta aduerſus libertatem eccleſiaſticam, & contra authoritatem Sedis Apoſtolicæ, repugnantia Concilijs, ſacris Canonibus, & Conſtitutionibus ſummorum Pontificū, & ibi referuntur dictæ ll. & decreta, vt ſuperius notata ſunt: propter

pter quod incurrerunt in pœnas, & censuras in dictis Concilijs, sacris Canonibus,& Constitutionibus Apostolicis contẽtas; quarum absolutio est Romano Pontifici reseruata.
8 Secundum,quod dicti D. Veneti fuerunt multoties, & plene admoniti, & hucusque non apparet obtemperasse eius præceptis,& monitis circa reuocationem dictarum legum; & eorũ, quæ deinde sequuta sunt;& adhuc detinent carceratos dictos Canonicum, & Abbatem.
9 Tertiũ,declarat,quod dictæ ll. & statuta sunt nulla, inualida,& irrita, & quod nullus tenetur ad eorum obseruantiam.
10 Quartũ, monet iterum Ducẽ,& Senatum, vt intra 24. dies cõputandos a publicatione harum literarũ Romæ facta(quos illis assignat,octo pro primo, octo pro secundo,& octo pro tertio,vltimo,& perẽptorio termino,& monitione canonica) reuocent dictas ll. & decreta,& in eis cõtenta,& qualiacumque inde sequuta,& ꝙ ea faciant cancellari,& cassari ex libris Capitularibus,in quibus dictæ ll.& decreta sunt scripta,& ꝙ hæc cassatio publicetur. & ꝙ promittant in posterum non facere hũodi ll.& decreta cõtra libertatẽ,& iurisdictionẽ ecclesiasticã & contra authoritatẽ Põtificis,& Sedis Apostolicę,& quod de hũodi reuocatione,& cancellatione, & publicatione,& restitutione carceratorum certiorẽ Suam Beatitudinem faciãt.
11 Quintum,ꝙ si supradicta in dicto termino 24. dierum non fecerint dicti Dux, & Senatus,eos excommunicat,denunciat, et declarat excõicatos, et in eisdem censuris comprehendi vult eorum fautores,consultores,et adhærentes,et vnumquẽque eorum, ac si nominatim essent comprehensi (reseruata absolutione nisi in tempore mortis)vt ibi plenius habetur,
12 Sextum, quod elapsis dictis viginti quatuor diebus, si per alios tres dies, non paruerint,& obtemperauerint,sed patiantur se esse excommunicatos,reagrauando dictam excommunicationem, imponit ecclesiasticum interdictum in Ciuitate Veneta, & in alijs Ciuitatibus, & locis subiectis eius dominio: quod præcipit obseruari iuxta formam iuris, non obstantibus quibuscunque priuilegijs,&c.
13 Septimum priuat Ducem,& Senatum,& vnũquemq. eorum,

rum, non solum quantum attinet ad Remp. sed etiam feudis ecclesiasticis, & priuilegijs ipsis Duci, & Senatui, & eorum cuilibet concessis a Summis Pontificibus, quibus permissum sit cognoscere, & procedere in certis casibus, & delictis aduersus clericos, & cum certa forma.

14 Octauum, reseruat facultatem vlterius reaggrauandi poenas, & censuras, & procedendi ad alia remedia, iuxta dispositionem sacrorum Canonum.

15 Nonũ, apponit clausulas, nõ obstãtiarũ, et quorũ tenores etc.

16 Decimum, præcipit dictis Patriarchis, Archiepiscopis, etc. in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione diuini iudicij, & sub poena interdicti & ingressus ecclesiæ, & suspẽsionis ab exequutione, & exercitio functionum pontificalium, & perceptionis fructuum, & quantũ ad alios, scilicet Vicarios, & alios clericos, sub poena priuationis dignitatum; & beneficiorum, & officiorum, & inhabilitatis ad futura, quod faciant has literas (postquam ad eorum notitiam peruenerint) publicari in ecclesijs inter Missarum solemnia, vbi maior pars populi adunata fuerit, & quod faciant eas affigere in valuis dictarum ecclesiarum.

17 Vndecimum, quod habeatur fides transumptis, etiam impressis, subscriptis ab aliquo notario, & cum sigillo alicuius personæ constitutæ in dignitate ecclesiastica.

18 Duodecimum, quod postquam dictæ literæ sint affixæ, & publicatæ in valuis ecclesiarũ Lateran. & S. Petri, & in Cancellaria Apostolica, & in Campo Floræ (more solito) habeãt eamdem vim contra dictos Ducem, & Senatum, & vnumquẽq; eorũ, & cõtra dictos ecclesiasticos, ac si nominatim de eis esset facta mentio, & eisdẽ fuissent intimatæ, & presẽtatæ.

19 Cumq; quiẽscere, & Apostolicis mãdatis obtẽperare oporteret, decertare magis voluerunt; sicq. Leonardus Dux Venetus, & Senatus, postquam dictæ literæ Apostolicæ ad eorũ notitiã peruenere 17. die Aprilis eiusdẽ anni, facta mentione dicti Breuis Apostolici, rescripserunt Patriarchis, Archiepiscopis, & alijs personis ecclesiasticis dictæ Ciuitatis, & dominij, quibus notum faciebant ad eorum notitiam dictas

literas Apostolicas peruenisse; protestanturq; conseruare trā-
quillitatem dicti Status, in quo non alium Temporalem dominium recognoscebant,& notum omnibus faciebant,se nunquam defecisse, quin omnibus modis, suam Sanctitatem certiorem facerent Iustitiæ,& rationum,quibus moti fuerunt.
20 Hoc autem fecisse profitentur per suum ordinariū oratorē Romæ commorantem,& per literas, quibus respondebant literis suę Sāctitatis, & denique per alium Oratorē ad hunc effectum missum; dicuntq; inuenisse clausas Sanctitatis suæ aures, & attendentes dictas literas Apostolicas esse publicatas contra omnem rationem, nec non & aduersus ea, quæ Sacræ Scripturæ, Sancti Patres, & Sacri Canones docent in præiudicium authoritatis secularis sibi a Deo datę,& contra libertatem dicti Status, & in pertubationem publicæ quietis fidelium dicti Status, & in vniuersale, & grauissimum omnium scandalum; non dubitant habere, & tenere dictum breue esse iniustum,nullum,& nullius valoris,inualidum,irritum,& illegitimè fulminatum, & de facto, nullo Iuris ordine seruato prolatum;contra quod nolebāt, nec expediebat vti remedijs, quibus sui maiores, & alij Principes supremi vsi sunt aduersus Pontifices, qui non vtuntur potestate sibi a Deo data in
21 ædificationem, quin potius transgrediuntur metam a Deo sibi præfixam,adijcientes se esse securos,quod Prælati sicut hactenus fecerunt,& modo facient, habendo curam animarum & cultus diuini (qui per dictos Prælatos in dicto statu florescit)hortāturq. dictos Prælatos,vt deinceps officium pastora-
22 le prosequātur. Deniq; protestantur se firmissime in fide Catholica,& Apostolica, & in reuerētia Sanctæ Ecclesiæ Rom. perseueraturos,sicut a maioribus suis hucusq. factum est. In quorum fidem volunt, quod hæ literæ affixæ sint in locis publicis Ciuitatis Venetæ,& dominij,vt Sanctitati suæ,& omnibus innotescāt; Deum deprecantes, vt sua Sanctitas agnoscat nullitatē dicti Breuis, & omnia,quæ cōtra eos scripsit,& quod cognita iustitia suæ causæ, eorum animum augeat ad obseruationem, & reuerentiam sanctæ Sedis Apostolicæ,sicut ipsi,
23 & maiores sui semper deuotissimè obseruauerunt. Dat. in

Duca-

Ducali Palatio 6. Maij 1606. indictione quarta.

24 Verum quia abyssus abyssum inuocat, in alium errorem deteriorem (& vtinam nouissimus sit) prolapsi, metu, & pœnis Ecclesiasticos cogunt, & compellunt, vt spreto Ecclesiastico interdicto, publicè, omnibus admissis, diuina solemniter celebrent officia, sub pœna mortis, vt apparet ex libello incerti Authoris Veneti propositione 8.

25 His Ducis, & Senatus præceptis nonnulli Prælati paruere, quos eleganter, & doctè Illustrissimus Cardinalis Ascanius Columna arguit in libro contra Reip. Venetæ Episcopos S.D.N.D. Pauli Papæ V. interdicto non obtemperantes, vbi docet, eos grauissimo peccato ligatos, millies enim mori satius esset, quam in tam graue peccatum, & sacrilegium incidisse, qui neglecto Pontificio præcepto, iussis Leonardi Ducis potius parere voluerunt, perinde ac si non Romanus Pontifex, sed Leonardus eorum caput existeret, quod, & initium Schismatis esse Cypriano videtur.

26 Eumdemq; Ducem, Senatum, ac Remp. Venetam pijs, doctis, & salutaribus monitis reprehendit Illustrissimus Cardinalis Cæsar Baronius, in Parænesi ad Remp. Venetam.

27 Ipsi verò Dux, & Senatus vlterius progressi, permittunt prædictum incertum Authorem, & nescio quos alios, qui (eorum aures adulatione demulcendo) profitentur se sacræ legis peritos, & prolatis publicè aliquibus libellis contra potestatem, authoritatemq. Pontificiam, contendunt (ex malè intellectis, Sacræ Scripturæ locis) seculares Principes immediatè a Deo authoritatem, & Iurisdictionem in Ecclesias, personasq; Ecclesiasticas obtinere, neq. teneri Venetos obtẽperare, & parere censuris Apostolicis, immo peccare eos, qui eas obseruauerint, sed horum Authorum conatus corrupti, & abhominabiles facti sunt in studijs suis.

Contra primum illum incertum Authorem Pseudo Theologum grauiter insurgit Illustriss. Card. Bellarm. ostenditq. verum, & germanum sensum dictorum locorũ sacræ Scripturæ.

28 Quanta autem mala, & pericula ex Venetorum inobedientia versus decreta Pontificia immineant, nemo est, qui nõ

videat. Et cum hucusque nullus Iuris Cõsultorum in his rebus elaborauerit, ostendendo nullitatem, & iniustitiam dictarum legum, hæc Prouincia mihi imposita fuit ab Illustr. Cardinali Doria (& si absens a libris meis) eam reijcere non potui, tandem parere coactus sum, non quod putem me omnia necessaria præstare, nec præstare potuisse (est enim perdifficile in re tam graui aptè, dignèq. disserere) sed vt alijs doctioribus ansam, occasionemq. rem hanc vberius pertractandi præbeam. Memini enim me legisse apud diuum Hieron. 3. p. principali epist. to. 13. in epist. 1. ad Nepotian. *grandes materias ingenia parua non sufferunt, & in ipso conatu vltra vires ausa succumbunt, quantoq. magis fuerit, quod dicendum est, tanto magis obruitur, qui magnitudinem rerum non potest explicare.* (& in eadem epist. paulò inferius:) *Vincitur sermo rei magnitudine, & minus est omne quod dicimus.* Hactenus diuus Hie-
29 ron. Verum quia Dei causam agimus (vt habetur in Clem. Ne Romani, de electione, ibi *super hoc eius negocio*, idest Dei) dum ecclesiasticam libertatem, authoritatemq. Pontificiam tueri, & defendere conamur; ideo silentio rem tam magnam præterire nullo modo licet, ne fortè nobis aliquando dici queat iuxta cap. 1. de frigid. *Cur tamdiu tacuisti?* & vt dicit I.C. Vlpianus in l. si quis forte 6. ff. de pœnis, *magisq. esse puniendos, qui tamdiu tacuerunt, quod pro salute Principis habere se dicere iactant; nec enim debebant tam magnam rẽ tamdiu reticere; est enim non leue crimen, quæ ad rem Principis spectant diu tacere*, l. quisquis, C. ad legem Iuliam Maiestatis, *quando, & materiæ dignitas fandi tribuat facultatem, nec deficere possit quod dicatur: dum non potest esse satis quod dicitur.*

30 Nostri ergo erit instituti duas proponere, & probare assertiones. Primam quod dictæ leges DD. Venetorum, sunt iniustæ, & nullæ, contraq. iura naturalia, diuina, & humana: nõ obstantibus quibusdam argumentis, quæ in contrariũ adducuntur, adduciq. possunt. Secundam quod dicti DD. Veneti, sub grauissimis peccatis, & pœnis tenẽtur obtemperare præceptis Sanctiss. D.N. obseruareq. execrationes, & Apostolica interdicta, & a Sanctiss. D.N. absolutionem petere.

§. Pri-

§. Primus. Primæ Aßertionis.

SVMMARIVM.

1 Prima Assertio, leges Venetas esse nullas, & iniustas, contra libertatem Ecclesiasticam, & summi Pontificis authoritatem.
2 In quo differant libertas Christiana, & Ecclesiastica, & an differant immunitas & libertas Ecclesiastica.
3 Quid sit libertas Ecclesiastica.
4 Quando dicatur violari hæc libertas.
5 Quinque modis dicitur fieri contra libertatem Ecclesiasticam. Primo, quando impediuntur vti iure communi, vbi ponderantur iura.
6 Quando inferunt damnum indirectè.
7 Quando disponit de clericis, & Ecclesiis, & vsurpat iurisdictionem Ecclesiæ.
8 Quando tolluntur priuilegia Ecclesiastica.
9 Quando clerici efficiuntur timidiores.
10 Quando efficiuntur deterioris conditionis quam laici.
11 Quando statuta semper afferunt Ecclesiis incommoda.
12 Immunitas Ecclesiarum est antiquissima.
13 Et est de iure naturali, diuino, & positiuo, & quo tempore floruit, & quid apud Romanos.
14 Quid apud Athenienses, & apud Hæbræos.
15 Apud Hæbræos iurisdictiones non erant distinctæ.
16 Iudæi habebant consilium, quod dicebatur Zenadrin, & erat summus sacerdos Præses, & Consiliarij omnes erant sacerdotes.
17 Sacerdotes veteris legis non sunt comparandi cum sacerdotibus legis Euangelicæ.
18 Nullo tempore Sacerdotes legis Euangelicæ fuerunt subditi Regibus secularibus, sed sub potestate Ecclesiæ, quæ ortum habuit a Christo Domino.
19 Sacerdotes veteris legis, non habebant characterem, vt habent Sacerdotes Euangelici, qui sunt maiores quam Moyses, & Aaron.
20 Per leges Venetas sacerdotes Euangelici fiunt deterioris conditionis, quam sacerdotes Israelitici, & gentiles.
21 Refertur authoritas diui Hieronymi, quod leges Venetorum sunt peiores quam ea, de qua conqueritur diuus Hieronymus.
22 Hæc materia statutorum contra Ecclesiam est periculosa.

23 De

23 *De rectitudine legis diuinæ, & naturalis nulla est disputatio; sed de legis humanæ rectitudine disputari potest.*
24 *Ponuntur qualitates iustæ legis humanæ, & iusti iudicij.*
25 *Prima qualitas legis humanæ, vt sit Religioni congruens. Secunda quod æqualis. Tertia quod legislator habeat iurisdictionem.*
26 *Adæquantur qualitates recti iudicij cum qualitatibus legum.*
27 *Vbi ponitur secunda qualitas.*
28 *Vbi ponitur tertium requisitum.*
29 *Necessaria est iurisdictio ad condenda statuta.*

1 LEges Venetas, & decreta proxime relata, esse nulla, iniusta, & iniqua, contra summi Pontificis authoritatem; & ecclesiasticam libertatem.

Antequam ingrediamur huius conclusionis probationẽ, illud notum omnibus facio, in hoc propugnaculo non esse mei propositi omnes quæstiones (quando statuta laicorum clericos obligent) prosequi; sed ea tantum, quæ ad leges su-
2 pradictas attinent. Pro confirmatione igitur nostræ primæ assertionis, præmittere necesse est, libertatem ecclesiasticam, & libertatem christianam aliquo distare interuallo. Hæc latius patet vtpote, quia omnes, tam laicos, quam ecclesiasticos pertingit, illa ecclesiarum, & ecclesiasticorum libertatem, & priuilegia respicit, vt doctè & eleganter docet Ioan. Dried. de libertate Christiana lib.2.c.1.vers.verum.
3 Secundo quod immunitas ecclesiastica est libertas, seu exemptio ecclesiæ in personis, & rebus, ac iuribus ecclesiasticis quibuscumque, & dicitur immunitas quasi sine munere, idest onere, & in hac comprehenduntur omnia iura quæ competunt ecclesijs, vt docet Card. Zabarel. in repet.c.perpendimus de sent.excom.n.11.& 12.adde quod immunitas ecclesiastica, & si proprie accipiatur differt a libertate ecclesiastica, hoc quantum ad incurrendas censuras a canone statutas contra violatores ecclesiasticæ libertatis: nam per immunitatem ecclesiasticam, intelligitur exemptio loci sacri: per libertatem vero ecclesiasticam intelligitur exẽptio personæ ecclesiasticæ, non solum in sua persona, sed in omnibus quibus per liberum arbitrium vtitur, & quæ possidet, ita

quod si quis iniuriam loco sacro facit, non est reus violatæ libertatis, sed immunitatis ecclesiasticæ; nec incurrit censuras latas contra violatores ecclesiasticæ libertatis. Qui autem iniuriatur personæ, libertatem eius impediendo, vt non vtatur suis, violat ecclesiasticam libertatem. Vnde Benedictus Xi in extrauag. inter cunctas de priuilegijs §. incendiarios, ponit, vt distinctos casus violationem libertatis, & violationem immunitatis ecclesiasticæ; hæc Caietanus verbo immunitas ecclesiastica, vers. sexto. Verum Doctores, & sacri Canones indifferenter his nominibus vtuntur, accipiẽtes vtramque vocem, scilicet immunitatem, & libertatem ecclesiasticam pro eodem, siue loquantur de locis sacris, siue de rebus, siue de personis; vt patet ex tit. extra de immunit. ecclesiarum, vbi rubrica nihil dicit de libertate, & in c. 1. eodem tit. in 6. ibi *libertatem, & immunitatem ecclesiasticam lædere, aut minuere*. & ibi *vt ecclesiæ ipsæ in plenitudine iuris sui, & libertatis integritate locentur*. Iunctis verbis *talias, vel collectas, seu exactiones quascumque ecclesiis, vel personis ecclesiasticis imponere*, & in c. aduersus 7. extra eodem, ibi *quia ecclesias, & ecclesiasticos viros talijs, seu collectis, & exactionibus alijs aggrauare nituntur. Volens immunitati ecclesiasticæ Lateranense Concilium prouidere* etc. & sic qualitercumque lædatur immunitas ecclesiastica, siue in locis, rebus, aut personis, dicitur lædi Ecclesiastica libertas, vt docet Federicus de Senis cons 111. Card. Zabarel. in repet. 1. perpendimus n. 12. de sent. exc. Felyn. in c. ecclesia S. Mariæ, n. 69. Illustriss. Card. Tuschus 5. to. Pract. Concl. Iur. lit. L. verbo libertas ecclesiastica concl. 342. n. 8. & 141. Couar. lib. 2. resol. c. 20. Et ita intelliges textũ in c. fin. de rebus eccl. ibi *immunitatem ecclesiasticæ libertatis*. Nec obstat textus in extrauaganti Benedicti inter communes tit. de priuilegijs ibi *ecclesiarum immunitatis & libertatis ecclesiasticæ violatores*; nam verbum libertatis & immunitatis explicatur, idest immunis libertatis, sicut in l. 1. de pact. dicitur *in idem placitum & consensus*, idest *placitus consensus*, & sic coniunctio, Et, non ponitur ibi, vt inter diuersa, vt notat glo. & DD.

in d.

in d.l.1.de pactis. Vnde verius videtur contra Caietanum, quod statuta contra violatores immunitatis, vel libertatis ecclesiasticæ locum habent, siue violetur, aut lædatur locus sacer, res, aut persona sacra, vt per Couarr. lib. 2. resol. cap. 20. in princ. quia aliter respondet ad Extrauag. Benedicti.

4 Quando autem censeatur violari hæc immunitas, tradit Zabar. in d. repetit. n.13. vers. *nunc examinanda est quæstio.* Doctores in c. quæ in ecclesiarum, & c. Ecclesia S. Mariæ, de constitutionibus. Bartol. nu.28. & alij in l. cunctos populos C. de summa Trin. & in Authen. cassa, & irrita, C. de sacrosan. eccles. & docte, & latissime Illustr. Card. Tuschus 5.p. Pract. Conclus. Iur. lit. L. ver. libertas ecclesiastica concl.342. vbi refert Mandel. cons. 8. & Clarum §. fin. q.77. n.8. & Bellam. cons.40.

5 Ex quorum dictis colligo quinque modis dici aliquid fieri contra libertatem ecclesiasticam.

Primo quando ecclesia, & personæ ecclesiasticæ prohibentur, aut impediuntur vti rebus, & facultatibus a iure cõmuni sibi concessis, vt docent Ant. de Butr. & Io. Imola in d. c. de ecclesia, Raphael Fulgos. in d. Authen. cassa. Bald. in l. cunctos populos, vers. nunc de tertio membro. Abb. cons.83. incipiente præsens. Alex. cons.121. lib.1. & cons.208. lib.2. & ista opinio est iuri cõsentanea teste Felyno in d. c. ecclesia n.111. Illustr. Tuschus d. concl.342. n.8. vbi dicit magis cõmun. n. 13. & 19. & n. 137. Et probatur in d. c. quæ in ecclesiarum, vbi statutum permittebat liberam alienationem dominij vtilis rei ecclesiasticæ non petita licentia a domino directo, hoc enim significat verbum *liberam*, vt ibi obseruãt Bald. & DD. *at dominis de iure communi competit, vt absque eorum licentia non fiat alienatio* l. fin. C. de iur. emphyt. c. potuit, de locato, est etiam tex. in c. fin. de rebus eccles. vbi statutum disponebat de solemnitate alienationis rei ecclesiasticæ, tollendo solemnitatem de iure communi.

Pro hac etiam opinione est tex. in ca. quanto de priuilegijs, & in c. fin. de immun. eccles. in 6. in quibus, quod statutum laicorum prohibebat, omnibus competit de iure com-

muni; nam facultas vendendi, emendi, & coquendi panes, & alia de quibus ibi, competit omnibus laicis, & ecclesiasticis de iure communi, & tamen quia statutum illud ea tollit, dicitur esse contra immunitatem ecclesiasticam. Quam opinionem tenuit Ioan. Calder. sequutus a Zabarel. in repet. d.c. perpendimus, n. 13. vers. quod si constitutio, & pro hac opin. est tex. in c. cum terra 14. de elect. vbi dicitur, quod consuetudo circa electionem quæ tollit formam iuris communis, est contra libertatem ecclesiasticam.

Quinimo vt cum iudicio obseruat Butrius in d.c. Ecclesia S. Mariæ col. 4. vers. disponit: magis videtur esse contra libertatem ecclesiasticam, si tollantur ea, quæ competunt de iure communi, quam si tollantur, quæ competunt de iure speciali, pro qua sententia allegat tex. in d.c. quæ in ecclesiarum, & in d.c. fin. de rebus ecclesiæ; nam sat est, quod dictum statutum facit incapaces ecclesiasticos, & quia inhabilitas est pœna, cum tollat libertatem, & facultatem eius, quod cuique facere libet, vt in l. libertas 4. de statu hominum. Et quia est iniuriosum ecclesijs, & personis ecclesiasticis, si ab eis tollatur hæc facultas; vertitur enim in eorum maximum detrimentum, cum deterioris efficiantur conditionis, quam laici. quod etiam obseruauit Card. d. n. 3. vers. quid si constitutio, & vers. quid si authorizabiliter, sat est
6 enim, vt aliquid dicatur esse contra libertatem ecclesiasticã, vt inquit Butrius d.c. quæ in ecclesiarum notabili 5. vt quoquo modo inferatur damnum ecclesiæ, etiam indirectè, vt perpendit Card. d. n. 13. vers. quid si ab vna, & vers. venio ad tertium. Illustriss. Tuschus num. 137. infra allegan. & maxime si statutum expresse disponat de clericis, & ecclesijs, vt per Butrium d.c. & vers. si disponat. Bart. in l. 1. C. de sacrosan. eccles. n. 29. & ibi Bald. num. 11. & est magis comm. opin. teste Salycet. in Auth. cassa n. 9. C. eo. & esse verissimum agnoscit Caccialupus in repet. d. l. 1. n. 185. a qua nullus dissentit, vt testatur Illustr. Card. Tuschus 5. tom. Pract. Concl. lit. L. verb. libertas ecclesiastica. concl. 342. n. 78. Lapus alleg. 101. n. 13. Illustriss. Tuschus nu. 34. & 36. nam tale sta-

tutum vltra ea, quæ dicta sunt, vsurpat potestatem ecclesia-
7 sticam, & iurisdictionem, vt aduertit Abb. in d. c. Ecclesia in lectura n. 10. & 26. & repetitione, n. 27. 28. & 37. Vnde lapsus est Franciscus de Albergotis existimans non esse cõtra libertatem ecclesiasticam, quando statutum tollit ecclesijs, quod omnibus conuenit de iure communi, sed quando tolluntur ea, quæ competunt de iure speciali; in qua opinione fuit etiam Bart. in l. cunctos populos, nu. 28. & alij relati a Felyno d. cap. Ecclesia nu. 111. de quo inferius latius est agendum.

8 Secundo dicitur esse contra libertatem ecclesiasticã quando diminuuntur, vel tolluntur priuilegia Ecclesijs, & clericis concessa a Deo, & summis Pontificibus, aut alijs Principibus secularibus. Cynus, & Salyc. in d. Auth. cassa, & irrita. Bald. in l. cunctos populos C. eodem. Innoc. c. nouit. de sent. excomm. & docet Ioannes Imol. in c. nouit de iudicijs n. 2. vers. his igitur, post Abb. ibi n. etiam 2. Alex. cons. 209. n. 3. & 5. lib. 2. Socin. cons. 55. Viso decreto lib. 1. Quæ autem priuilegia sint a Deo concessa Ecclesijs, quæ ab Imperatore, & ab alijs inferioribus, tradit Card. Zabar. in repet. d. c. perpendimus n. 12. & 13. Innoc. in d. c. nouerit.

9 Tertio dicitur aliquid fieri contra libertatem ecclesiasticam, quando ex eo Clerici, & ecclesiasticæ personæ efficiuntur timidiores, vt agnoscit Angel. de Perus. in d. l. 1. quæ onerandæ ff. quarum rerum, vbi Bart. Abb. & D D. in d. c. ecclesia; Illustr. Card. Tuschus d. lit. n. 39.

10 Quarto quando per aliquam legem, vel statutum clerici efficerentur deterioris conditionis, quam laici, vt tradit Felynus d. c. Ecclesiæ n. 111. Petrus Pechius de ammortizatione c. 6. & ante eos docet Card. Zabarella in d. repet. c. perpendimus. n. 13. vers. his attentis, & probatur in c. quanto de priuilegijs, & in c. fin. de immunit. Eccles. lib. 6.

11 Quinto illa lex, & statutum sunt contra libertatem Ecclesiasticam, quæ sunt apta afferre Ecclesijs, & ecclesiasticis personis semper incommodum, vt affirmat Abb. & Felyn. & d. c. Ecclesia S. Mariæ n. 69. etiam si indirectè noceãt ecclesijs,

quam-

quamuis dispositio, & statutum non disponat super illis, super quibus ecclesia habet specialia priuilegia, & dicitur esse in fraudem ecclesiasticæ libertatis, vt probatur in c. quanto 26. de priuilegijs, vbi agit de statuto laicorũ contra eos lato, qui coquunt in furnis, vel molunt in molendinis clericorum, vt supra dictum est, & probat Felyn. in c. Ecclesia S. Mariæ n. 104. cũ adductis ab Illustr. Card. Tuscho d. concl. 34. n. 140.

12 Tertium præmissum sit, quod hæc immunitas sacrarum rerum, & sacerdotum, etiam Ethnicorũ tempore, a multis fuit admissa, vt patet Genesis c. 47. vbi Pharao Aegyptius Rex cum tempore famis omnes Aegypti regiones emeret, terram Sacerdotum excepit, eamq. liberam esse iussit. Et ex verbis etiam Regis Artaxersis apud Esdr. lib. 1. c. 7. ibi *vobis quoque notum facimus de vniuersis Sacerdotibus, & Leuitis, Cantoribus, & Ianitoribus, & Ministris domus Dei, vt vectigal & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos.* Idem apud Romanos constitutum fuit, vt Sacerdos Maximus non esset subditus Populo, nec Senatui, habebatq. iurisdictionem in rebus, & personis sacris, vt testantur Lucius Fenestella de Sacerdotijs Roman. c. 6. & 8. Pomponius Lætus eodem tract. cap. 10. & omnium latissime probat Onuphrius Panuinius lib. 5. fastorum cap. de Pontifice Maximo. Et hanc li-
13 bertatem ecclesiasticam esse de iure diuino, naturali, gentiũ, & positiuo, & quæ non fuerit inducta lege humana, sed ortum habuisse ab Ecclesia primitiua docet eleganter Thomas Bozius in tractatu de iure status, siue de iure diuino, & naturali ecclesiasticæ libertatis, & potestatis, maxime lib. 4. 5. & 6. Illust. Card. Bellarminus disputationum to. 2. controuersia 2. lib. 1. de clericis ca. 28. quæ in veteri Regum tempore fuit aliqualiter diminuta, & ante Carolum Magnum, & Ludouicum eius filium post quorum mortem cœpit resurgere, & florere (præcipue tempore Gregorij 7.) vt docet Bozius lib. 7. c. 14. de quo inferius agendum est.

14 Nec dicatur apud Athenienses, Sacerdotes non habuisse hanc immunitatem, erant enim subditi Regibus, vt refert Carolus Sigonius de Republ. Atheniensium lib. 5. c. 2. vers. de

Rege, & in lege etiam Iudæorum Sacerdotes erant sub potestate, & iurisdictione Regum, vt in 3. lib. Regum c. 2. vbi Salomon in principio sui Regni priuauit Abietarem sacerdotio, & dicit diuus Thomas lib. 1. de Regim. Princ. c. 14. quod in lege scripturæ Reges fuerunt superiores Sacerdotibus, & eos puniebant. Et docet Nauar. in c. nouit de iudicijs 3. notabil. n. 34. & doctissimus Hispanus omnium scientiarum Oceanus Alphonsus Tostatus Ecclesiæ Abulen. (immo & to-
15 tius Hispaniæ decus & ornamentum) Exod. cap. 1. & Iosue c. 3. & 4. quia tunc non erant duæ iurisdictiones sicut nunc, vt docet idem Author. 3. Reg. cap. 2. & ea ratione erant tunc subditi iurisdictioni laicæ, vt ibi dicitur: immo, & ipse summus Sacerdos erat sub Regibus, vt dictum est, & obseruat Tostatus Numer. tom. 2. fol. 100. col. 2. & 2. Reg. fol. 55. col. 1.

16 Nam respondetur primo, quod de facto Atheniensium (vti gentilium) sine vera Dei cognitione non est multum curandum, sat enim est, quod alij plures hanc immunitatem sacerdotibus obseruabant.

At verò de Sacerdotibus Israeliticis, dicimus quod Iudæi habebant consilium appellatum Zenadrin septuaginta Seniorum cum vno Præside, vbi omnes causæ secularium, & sacerdotum iudicabantur, vt dicit Burgensis in scrutinio scripturarum, & Raymundus in pugione contra Iudæos, & hic Præses erat summus Sacerdos, vt per Franciscum Suarez ex Societate Iesu ad D. Thomam 3. p. disput. 1. sect. 1. pag. 7. Seu vt alias dicebat Ioannes Annius in Breuiario Philonis lib. 2. Ioan. Pineda in Monarchia ecclesiastica lib. 10. c. 7. §. 1. & 2. & c. 12. §. 1. in illo Consilio omnes Consiliarij erant Sacerdotes, & legis doctores, & ita sacerdotes iudicabātur a sum-
17 mo sacerdote, & ab alijs sacerdotibus. Verum quia id fiebat iurisdictione Regia, ideo melius respondetur cum diuo Thoma d. l. 1. de Regim. Princ. c. 14. quod multum interest inter sacerdotes legis antiquæ, & sacerdotes legis Euangelicæ, isti enim maioribus, & melioribus priuilegijs digni habiti sunt, & merito. Et accedunt Io. de Turrecrem. in sum. Eccles. lib. 2. c. 96. & Nicol. Sander. de Visib. Monarch. lib. 2. c. 3. & probatur

batur authoritate diui Leonis Papæ serm. 8. Passionis Domini, post medium: *Nunc enim, & clarior ordo Leuitarum, & dignitas amplior seniorum, & sacratior est vnctio sacerdotum, &*
18 *ita* optime inquit Petrus Rebuffus, *nullo vnquam tempore sacerdotes legis gratiæ fuisse etiam in temporalibus subiectos Principibus secularibus*. Rebuffus (inquam) in concordatis inter Leonem 10. & Franciscum 1. Gallorum Regem, Rubr. de protect. concordatorum, vers. & primo sciendum est, & vers. nec obstat falsa, et damnata opinio, pag. 816. in paruis, Sed sub potestate ecclesiastica, quæ a Christo Domino initium habuit, vt per Victoriam in relect. 1. de potest. ecclesiast. sect.
19 5. n. 8. Nec sacerdotes veteris legis habebant characterem ordinis, sed tantum potestatem faciendi ministrationes, quas nulli alteri facere licebat sub pœna mortis, et docet Alphonsus Tostatus Matthæi tom. 1. cap. 3. at nostri sacerdotes characterem habent, et sunt perfectioris status, quam Moyses, qui fuit primus Prophetarum, et quam Aaron qui fuit summos sacerdos, & hoc quoad potestatem soluendi, et ligandi. Tostatus Exod. tom. 1. fol. 152. col. 3. et plene per istas leges
20 Venetas ecclesiæ, et sacerdotes redduntur deterioris conditionis, quam sacerdotes gentiles, et Israelitici non conferendo eis bona, immo auferẽdo iura quæsita, vt infra dicemus, ita vt iam Dux, et Senatus Venetus videantur esse Rex, Papa, et Episcopus, et quod est abhominãdum, quod filij subijciunt patres suos, de quo conqueritur Tostatus Genesis fol. 394.
21 col. 1. et ante eum D. Hieron. 1. epistolarum tom. epist. 2. ad Nepotianum, quæ incipit *Petis a me Nepotiane*, vbi agit de vita clericorum, vers. *pudet dicere, sacerdotes idolorum mimi, & aurigæ, & scorta hæreditates capiunt. solis clericis, & monachis hoc lege prohibetur, & prohibetur non a persecutoribus, sed a Principibus Christianis, nec de lege conqueror, sed doleo cur meruerimus hanc legem: cauterium bonum est, sed quo mihi vulnus, vt indigeam cauterio? prouida, securaq. legis cautio, & tamen nec sic refrenatur auaritia. per fideicommissa legibus illudimur, & quasi maiora sint Imperatorum scita, quam Christi leges, timemus, Euãgelia contemnimus. sit hæres, sed mater filiorum, idest gregis sui,*

ecclesiã,

ecclesia, quæ illos genuit, nutriuit, & pauit, quid nos inserimus inter matrem, & liberos? gloria Episcopi est pauperum opibus prouidere ignominia omnium sacerdotum est proprijs studere diuitijs. Ex quo loco diui Hieronymi colliges primo legem illam tantũ prohibere ne Clerici, et Monachi hæredes instituãtur, non tamen prohibetur ecclesiæ, quæ prohibetur legibus Venetis. Secundo quod illa lege non erat interdictũ Clericis ius contrahendi, nec acquirendi bona stabilia, sed ne hæredes instituerentur, quia malis sordibus nonnulli hæreditatem expetebant, quod ibi repræhendit Diuus Hieronymus.

22 Quartum præmissum sit ex doctrina Angel. de Perus. cons. 48. quidam Franciscus, vbi dicit, quod in hanc materiam statutorum, quæ videtur esse contra libertatem ecclesiasticã intrare nemo potest, sine periculo animæ, & sequitur Felyn. d. c. ecclesia, n. 148. & esse periculosa huiusmodi statuta, tradit Petr. Iacobus in Prax. tit. ex quibus causis vasallus feudum ammittat. Lapus alleg. 92. Pechius de ammortizatione cap. 6. qui monent statuentium confessarios, vt ab huiusmodi statutis ferendis illos deterreant, aliàs confessarij incurrãt sententiam excõmunicationis, tanquam fautores harum legum, iuxta c. nouerit de sent. excom.

23 Quintum præludium est, quod licet de rectitudine legis diuinæ, et naturalis, nulla sit disputatio, cum ab eis cæteræ leges rectitudinem accipiant, vt probat Ludouicus Carbonius in tractat. de legibus lib. 4. disputatione 3. et lib. 3. disputat. 3. Tamen de lege humana, eiusq; institutione, et rectitudine cũ ab hominibus fiat (qui sæpe allucinari possunt) recta

24 suscipitur disputatio, circa quam necesse est ad eius cognitionem inquirere de qualitatibus, et requisitis iustæ legis seu statuti, de quibus agit Diuus Isidorus Archiepiscopus Hispalen. lib. 2. ethimologiarum c. 20. et habetur apud Gratianum in decretis distinct. 4. c. erit autem lex, et copiosè Carbonius explicat lib. 6. de legibus, & maximè in disputat. 10. Plato in Dialogo de Regno. Arist. lib. 2. Polit. c. 3. lib. 7. c. 3. Lælius Zechius de Principe lib. 2. c. 1. n. 11. quas omnes ad tres contraxit D. Thom. 1. 2. q. 96. Pater Dominicus Soto

lib.

lib.1. de iust. et iur. q. 5. art. 3. et 4. Felyn. in c. Ecclesia S. Mariæ n.38. de constitutionibus.

Tres itidem recti iudicij partes enumerauit idem D.Tho. 2. 2. q. 60. art.2. in corpore, et ibi Aragonius Hispanus, et pater Soto de iust. et iur. q.5. art.3. et 4.

25 Legis itaq. iustæ prima qualitas est, quod sit religioni congruens, qua Deus colitur, qui primus statuendus est nostrarum actionum finis.

Secunda qualitas, vt respiciat humanam naturam, morũ, inquam, compositionem, vt sit honesta, et æqualis in commune bonum.

Tertia qualitas, vt ab habente iurisdictionem in personas, et res, de quibus statuitur, fiat, quocumque autem horum deficiente, erit vitiosa, et illicita.

26 Iudicij recti qualitates in has legum conditiones videntur incidere. Prima, vt procedat ex affectione, seu inclinatione iustitiæ: hæc enim pars respicit primam legis qualitatem, de religione, qua Deus colitur, nam cum respiciat actum iustitiæ, quo vnicuique redditur quod suum est, alias si iuri alicuius partis iustitiam adimat, totam iustitiæ substantiam subuertit; ideo hæc prima qualitas, et Dei iura, et hominum tuetur: hac autem deficiente conditione, lex, seu iudicium erit peruersum, et iniquum.

27 Secunda qualitas recti iudicij est, quod procedat ex prudentiæ rectitudine, idest iuxta regulam, et terminos iuris; huc etiam attinet secunda legis qualitas, quæ humanam naturam, morumq. compositionem respicit, et commune bonũ; vt sit (inquam) honesta, et æqualis, inq. communem totius Reip. vtilitatem, non excedens æqualitatem proportionis: hac autem qualitate deficiente lex, et iudicium erunt suspecta, et temeraria.

28 Tertium requisitum, quod procedat ex authoritate, et iurisdictione statuentis, vel iudicantis, quod etiam apprimè conuenit cum tertia legis qualitate, hoc si deficiat, erit peccatum vsurpati iudicij, vt habetur ex D.Paulo ad Rom.c.14. *Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? suo domino stat, aut cadit.* et au-

et authoritate D. Gregor. super 24. Deuter. *si intraueris segetem* etc. vbi dicit, *falcem iudicij mittere non potes in eam rem, quæ alteri videtur esse commissa*. Et probatur etiam ratione naturali; nam sicut orbes cælestes non agunt in supremas substantias, nec influunt, sed in corpora inferiora illis subiecta; similiter nec homo leges, et iudicia ferre potest, nisi in sibi subditos, et probatur iure canonico in c. 2. et in c. et si clericis de iudicijs, et in c. vt animarum de constit. lib. 6. et in alijs quamplurimis iuris canonici decretis, et etiam iure ciuili, in l. fin. ff. de iurisd. om. iud. vbi dicitur *extra territorium impune ius dicenti non paretur*, et deficiente hac potestate, et iurisdictione lex nulla est, et idem de iudicio absq. iurisdictione lato, vt in dictis iuribus, et tradit Innoc. c. 1. de locato, et c. a nobis l. 1. de sent. excom.

29 Ad statuta condenda iurisdictionem esse in statuente necessariam, docent glo. et Bart. in repet. legis, omnes populi n. 3. de iust. et iur. et in l. 1. nu. 3. de iurisd. om. iud. Innoc. in c. cũ olim, et in c. cum accessissent de constitutionibus. Bald. in l. nulli C. de sent. cum adductis a Iason. in d. l. omnes populi in repet. nu. 6. Tiraquel. de primogenijs q. 16. n. 1. quibus addo Ludouicum Carbonium lib. 3. de legibus, disput. 5. vers. atque ex ijs, & dicit Bald. in l. cunctos populos C. de sum. Trin. n. 17. quod *statutum est nullum ex defectu causæ efficientis, quæ consideratur respectu duorum extremorum, scilicet respectu statuentis, & respectu subiecti, quibus deficientibus statutum est nullum* l. obseruare §. fin. de officio Proconsulis.

ʃ. Secundus.

SVMMARIVM.

1 *Tollunt leges Venetæ Ius testandi actiuè, & passiuè, quod est de Iure gentium origine, solemnitate, de Iure ciuili, & hæc 1. institutio.*

2 *Dispositio testatoris est lex.*

3 *Constãtinus concessit Christianis, vt Ecclesias possent ædificare.*

4 Lex

4 *Ex lege Solonis, & Draconis licitum fuit testari.*
5 *Ecclesia, & clerici ex legibus Venetis sunt deterioris conditionis, quam deportati, aut infames.*
6 *Secunda iniustitia dictarum legum, quia tollunt ius, quod habent contrahendi.*
7 *Agitur de l. dudum C. de contrahenda empt.*
8 *Defenditur consuetudo retractus.*
9 *Clericus tenetur l. retractus.*
10 *Clerici sunt de populo, & gaudent ciuium priuilegijs.*
11 *Leges Venetæ sunt etiam in damnum laicorum, sed magis iniuriosæ contra clericos.*
12 *Pro iure tuendo induci potest bellum.*
13 *Quod leges Venetæ sunt contra charitatem Christianam, quia inæqualiter tractant laicos, & clericos.*
14 *Iniustitia legum Venetarum, quia aufertur ius quæsitum in bonis emphyteothicis, & tollit naturam emphyteosis.*
15 *Princeps non potest tollere ius quæsitum ex contractu emphyteothico.*
16 *Quando Princeps tollit ius quæsitum, debet condigne satisfacere, etiam si ius tollatur per viam statuti.*
17 *Lex seu statutum disponens super dominio rei emphyteothicæ vtili, est nulla: & tale est contra libertatem ecclesiasticam.*
18 *Iniustitia quarta dictarum legum, quia impediunt cultum diuinum, & ecclesiarum ædificationem.*
19 *Referuntur plura circa Ecclesiarum ædificationem.*
20 *Veneti dum a Senatu licentiam esse petendam disponunt, vsurpant ius ecclesiæ, ad quam pertinet.*
21 *Ex legibus Venetis redditur Deus deterioris conditionis, quam reliqui ciues, propter quod sunt excommunicati.*
22 *Inter Iudæos nullus erat ditior summo sacerdote præter Regem.*
23 *Laudantur qui ecclesias ædificant, & quod id maxime conuenit Principi Christiano.*
24 *Iudæorum collegia sunt improbata.*
25 *Quinta dictarum legum iniustitia, quia læditur ecclesiastica libertas: vbi improbantur constitutiones contra eam factæ.*
26 *Referuntur iura canonica, quæ dictas leges improbant, vbi de excommunicatione contra statuentes lata.*
27 *Qui spoliant clericos suo iure, sunt latrones.*
28 *Sexta iniustitia dictarum legum, quod ecclesiæ, & personæ ecclesiasticæ sine culpa puniuntur, & inhabilitantur, quod est pœna.*
29 *Septima iniustitia legum Venetarum, quia priuantur homines*

referre Deo gratias pro acceptis beneficijs.

30 *Quæ impediunt bonum fieri, sunt iniusta, & quæ inuitant ad malum.*

31 *Ingrato homine nil peius terra gignit, contra quos apud Persas erat constituta pœna.*

32 *Donatio Deo facta est remuneratoria.*

33 *Donatio facta ecclesiæ, dicitur facta Deo.*

34 *Dominium rerum ecclesiasticarum est penes Christum Domini.*

35 *Leges quæ probibent Deo donari sunt iniustæ, quia per donationem res donata redit ad suam pristinam naturam.*

36 *Ex donatione facta Deo, non læduntur iura Principum, & causa Religionis debet esse potior causa Imperij, & afferuntur exempla contra negligentes Religionem.*

37 *Non licuit Reipublicæ lucrum capere cum iactura ecclesiarum, & clericorum.*

1 HIs pro certis, & indubitatis ita constitutis, planè docebimus nullum horum in dictis legibus, & decretis Ducis, & Senatus Veneti esse, immo omnia defecisse. Vnde necesse est, vt fateantur iniquas, peruersas, iniustas, suspectas, temerarias, & vsurpatas esse. Nam quod attinet ad primam qualitatem iustæ legis, & recti iudicij, videntur defecisse dictæ Venetorũ leges, & decreta, non concedentes, verùm tollentes & auferentes quod proprium est.

Primo, quia tollunt ius testandi actiuè, & passiuè, de quo Iustinianus §. testes autem, & ibi Theophil. inst. de testam. Cõnanus lib. 9. Commentariorum iur. ciuil. c. 3. n. 1. quod vnicuique competit (vt quidam opinantur) de iure diuino, alij de iure ciuili, alij & melius de iure gent. & naturali esse dicunt inuentione, forma autem de iure ciuili, quæ, & receptior est opinio, vt tradit D. Couarr. lib. 3. resol. c. 3. nu. 7. & huius sententiæ plures refert Ferdinan. Vasquez Menchaca de success. creat. lib. 1. §. in princ. & eam eleganter defendit Cõnanus cõment. iuris ciuilis lib. 1. c. 5. n. 5. & lib. 9. c. 1. n. 3. quicquid cõtradicat ipse Menchaca, & Stephanus Forcatulus in l. ex hoc
2 iure n. 21. de iust. & iur. Lege autem duodecim tabularũ cautum erat, *Vti quisque rei suæ legasset, ita ius esto*. l. verbis legis 120. ff. de verb. signif. *verbis* (inquit Pomponius I. C.) *legis duode-*

duodecim tabularum, is vti legasset suæ rei ita ius esto latissima potestas tributa videtur, & hæredes instituendi, & legata, & libertates dandi. Cicero quoque eius legis meminit ad Hærennium. Primo, *paterfamilias vti super familia, pecuniaue sua legasset, ita ius esto.* Probat etiam I.C. in l. 1. ff. ad l. falcid. *disponat* (inquit Iustinianus Imperator) *testator, & erit lex* Auth. de nupt. §. disponat, & nouella 22. c. 2. tanti enim hæc libertas extimabatur, vt legis, vicem obtinere Principibus, & legislatoribus placuerit. Diuus quoque Constantinus, ad populum lege lata ita sanciuit, in l. 1. C. de sacrosan. eccles. *habeat vnusquisque licentiam, sanctissimo Catholico, venerabiliq. Concilio decedens, bonorum quod optauerit, relinquere, & non sint cassa iudicia eius; nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, quam vt supremæ voluntatis, (postquam iam aliud velle non possunt) liber sit stylus, & licitum,*
3 *quod iterum non redit arbitrium.* Idem religiosissimus Princeps Christianis concessit ecclesias fabricare, & prædia eis tribuere, vt habetur apud Iuonem in decret. p. 3. c. 4. & Gratian. c. futuram 12. q. 1. nec tantum hanc libertatem testandi hominibus, quoad substantiam ipsius dispositionis cōcessa fuit, verum & in modo, & conditionibus relinquendi, vt I.C. Vlpian. testatum reliquit in l. in conditionibus 19. ff. de condit. & demonstrat, *in conditionibus* (inquit) *primum locum voluntas defuncti obtinet, eaq. regit conditiones.*

4 Eamdem quoque libertatem Solon, & Draco suis legibus stabilitam reliquere, teste Prateo de legibus Draconis, & Solonis, quam, & omnes amplectuntur gentes.

Hac igitur potestate testamenti actiua priuantur, tam clerici, quam laici, non valentes Deo, clericis, ecclesijs, & monasterijs, locisvè pijs, quicquam ex testamento, aut codicillis relinquere: priuantur etiam actione testamenti passiua, cum capere non possint.

Quid igitur fieri potest vt lex, quæ hæc prohibet iusta cen-
5 seatur? immo sunt deterioris conditionis, quā infamis, & deportatus, qui ex testamento militis capiunt, l. quidam ff. de pœnis, l. nec enim §. 1. de testam. milit. l. si deportati §. miles, de legat. 3. quod vtique non capit ecclesia apud Venetos.

6 Secundo est, & alia iniustitia, nã contractus, & ius contrahendi est, etiam iuris gentium, seu naturalis secũdarij l. ex hoc iure ff. de iust. & iur. §. ius autem gentium, Institut. eod. C. ius gentium 9. dist. 1. cum adductis a Petro Mozio de contract. in princ. art. 3. vnicuique enim contrahere licitum, liberumq. esse docet. Lex, sicut ab initio 5. C. de oblig. & action. l. nec emere, nec vendere 15. C. de iure deliber. & sicuti ex rescripto Principis cogi non potest, vt quis inuitus rem suam vendat, l. inuitum C. de contrah. empt. vbi Imperatores Dioclitianus, & Maximianus in hæc verba, *Inuitum comparare, vel distrahere postulantis iustam causam non continet desiderium*.

7 Immo consuetudo, aut lex coarctans hanc contrahẽdi libertatem, vt quisq. suo arbitrio cui placuerit, vendat, infert grauem iniuriam, sicq. testantur Imperatores Valentin. Theodos. & Archadius in l. dudum 14. C. de contrah. empt. (inquiunt enim) *Dudum proximis consortibusq. concessum erat, vt extraneos ab emptione remouerent, ne homines suo arbitrio vendenda distraherent. Sed quia grauis hæc videtur iniuria, quæ inani honestatis colore velatur, vt homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti; superiori lege cassata vnusquisque suo arbitratu quærere, vel probare possit emptorem nisi lex quasdam personas hoc facere prohibuerit*. Et sic grauem iniuriam appellant Principes prohibere, ne quisquam arbitrio suo rem cui placuerit vendat.

8 Nec huic prohibitioni aduersantur ll. seu consuetudines, quæ consanguineis, & consortibus retrahendi ius tribuunt, de quibus in c. constitutus 8. de in integrum restitutione, vbi agitur de consuetudine Paronensi cum adductis a Tiraquello in præfat. tractatus de retractu linagier.

Primo, quia d. l. dudum (de qua latè agit Tiraquellus) tollit legem prohibentem, ne quis alijs quam consanguineis, aut consortibus vendat. Cæterum leges, & consuetudines retractus, non prohibent extraneis vendere, sed in re vendita gentilitia, consanguineum præferunt, & in re cõmuni consortem: ne res extra familiam exeat, neuè consors extraneum, & rixosum socium admittat; vt per Alciat. de præsum. reg. 1. præsumptione 10. quæ sanè, non modò iniquitatem, & iniustitiam nõ

indu-

inducunt, verùm sanctissimè, & iustissimè disponunt, maximamquè æquitatem præseferunt, vt per Tiraquell. dicta præ-
9 fatione nu. 16. & meritò Clericus his legibus vtitur, easdéquè obseruare tenetur, vt resoluit idem Tiraquell.d. tract. de retract.linagier.§. 1. verbo l'Achepteur q. 13. n. 2. nam non procedunt prohibendo per modum auctoritatis,& iurisdictionis,sed magis priuilegia concedendo tam laicis, quam clericis,& in d.c.constitutus, quæ & non subditis concedi possunt vt aduertit Card. in c.perpendimus in 2. q. in fine de senten. excom. Abb.in c. ex literis 1.notab.per textum ibi de vita, & honest.cleric.& habetur in c.nouit. de iuditijs, cum adductis per Tiraq. de iure primogeniorum q.44.n.8. & probat c.constitutus de in integrum restit.

Sunt enim huiusmodi leges æquales, & vtiles tam clericis, quam laicis, & meritò ab omnibus obseruandæ; nam clerici
10 gaudent priuilegijs ciuibus concessis, cum in fauorabilibus dicantur esse de populo, non in odiosis, & strictis, vt probat glo.in c.si sententia de sent.excom.in 6. Bart. in l.1. ad municip. Felynus in c.Ecclesia S.Mariæ nu.74. de constit. At Ve-
11 netæ leges inæquales sunt nec laicis, nec clericis fauent,cum eorum contrahendi facultatem coarctent in hoc magis iniuriosè contra clericos, & ecclesias,quod inhabilitatem inijciũt acquirendi quocumque titulo bona stabilia; ac proinde satis
12 iniuriosæ censendæ sunt: Pro quo iure tuendo optime bellũ induci potest, vt docet doctissimus pariterq. religiosissimus pater Franciscus Victoria Dominicanæ Religionis ornamentum in 5. relectione de Indijs, lect.3. in princ. & proposit.1.& 2.(inquit enim) *Hispanos iustam habuisse causam debellandi Indos nolentes eos admittere ad commertia, & contrahendi facultatẽ, qua Indorum Principes non poterant Hispanos priuare, siquidem diuino, & gentium iure hoc contrahendi, & negotiandi ius, omnibus commune est: & qui hoc rumpit videtur naturam, consortium, & amicitiam hominum violare, nam aut exteri sunt subditi, aut non Reip. prohibentis, si (inquam) non sunt subditi, quomodo possunt illis legem imponere ne bona acquirant? Cæterum, si subditi sunt, debuissent eos beneuolè tractare, & vt proximos diligere,* ex quo fit

(vt

Rege, & in lege etiam Iudæorum Sacerdotes erant sub potestate, & iurisdictione Regum, vt in 3. lib. Regum c. 2. vbi Salomon in principio sui Regni priuauit Abietarem sacerdotio, & dicit diuus Thomas lib. 1. de Regim. Princ. c. 14. quod in lege scripturæ Reges fuerunt superiores Sacerdotibus; & eos puniebant. Et docet Nauar. in c. nouit de iudicijs 3. notabil. n. 34. & doctissimus Hispanus omnium scientiarum Oceanus Alphonsus Tostatus Ecclesiæ Abulen. (immo & to-
15 tius Hispaniæ decus & ornamentum) Exod. cap. 1. & Iosue c. 3. & 4. quia tunc non erant duæ iurisdictones sicut nunc, vt docet idem Author. 3. Reg. cap. 2. & ea ratione erant tunc subditi iurisdictioni laicæ, vt ibi dicitur: immo, & ipse summus Sacerdos erat sub Regibus, vt dictum est, & obseruat Tostatus Numer. tom. 2. fol. 100. col. 2. & 2. Reg. fol. 55. col. 1.

16 Nam respondetur primo, quod de facto Atheniensium (vti gentilium) sine vera Dei cognitione non est multum curandum, sat enim est, quod alij plures hanc immunitatem sacerdotibus obseruabant.

At verò de Sacerdotibus Israeliticis, dicimus quod Iudæi habebant consilium appellatum Zenadrin septuaginta Seniorum cum vno Præside, vbi omnes causæ secularium, & sacerdotum iudicabantur, vt dicit Burgensis in scrutinio scripturarum, & Raymundus in pugione contra Iudæos, & hic Præses erat summus Sacerdos, vt per Franciscum Suarez ex Societate Iesu ad D. Thomam 3. p. disput. 1. sect. 1. pag. 7. Seu vt alias dicebat Ioannes Annius in Breuiario Philonis lib. 2. Ioan. Pineda in Monarchia ecclesiastica lib. 10. c. 7. §. 1. & 2. & c. 12. §. 1. in illo Consilio omnes Consiliarij erant Sacerdotes, & legis doctores; & ita sacerdotes iudicabātur a sum-
17 mo sacerdote, & ab alijs sacerdotibus. Verum quia id fiebat iurisdictione Regia, ideo melius respondetur cum diuo Thoma d. l. 1. de Regim. Princ. c. 14. quod multum interest inter sacerdotes legis antiquæ, & sacerdotes legis Euangelicæ, isti enim maioribus, & melioribus priuilegijs digni habiti sunt, & merito. Et accedunt Io. de Turrecrem. in sum. Eccles. lib. 2. c. 96. & Nicol. Sander. de Visib. Monarch. lib. 2. c. 3. & probatur

batur authoritate diui Leonis Papæ serm. 8. Passionis Domini, post medium: *Nunc enim, & clarior ordo Leuitarum, & dignitas amplior seniorum, & sacratior est vnctio sacerdotum, &*
18 *ita* optime inquit Petrus Rebuffus, *nullo vnquam tempore sacerdotes legis gratiæ fuisse etiam in temporalibus subiectos Principibus secularibus.* Rebuffus (inquam) in concordatis inter Leonem 10. & Franciscum 1. Gallorum Regem, Rubr. de protect. concordatorum, vers. & primo sciendum est, & vers. nec obstat falsa, et damnata opinio, pag. 816. in paruis, Sed sub potestate ecclesiastica, quæ a Christo Domino initium habuit, vt per Victoriam in relect. 1. de potest. ecclesiast. sect.
19 5. n. 8. Nec sacerdotes veteris legis habebant characterem ordinis, sed tantum potestatem faciendi ministrationes, quas nulli alteri facere licebat sub pœna mortis, et docet Alphonsus Tostatus Matthæi tom. 1. cap. 3. at nostri sacerdotes characterem habent, et sunt perfectioris status, quam Moyses, qui fuit primus Prophetarum, et quam Aaron qui fuit summos sacerdos, & hoc quoad potestatem soluendi, et ligandi. Tostatus Exod. tom. 1. fol. 152. col. 3. et plene per istas leges
20 Venetas ecclesiæ, et sacerdotes redduntur deterioris conditionis, quam sacerdotes gentiles, et Israelitici non conferendo eis bona, immo auferēdo iura quæsita, vt infra dicemus, ita vt iam Dux, et Senatus Venetus videantur esse Rex, Papa, et Episcopus, et quod est abhominādum, quod filij subijciunt patres suos, de quo conqueritur Tostatus Genesis fol. 394.
21 col. 1. et ante eum D. Hieron. 1. epistolarum tom. epist. 2. ad Nepotianum, quæ incipit *Petis a me Nepotiane*, vbi agit de vita clericorum, vers. *pudet dicere, sacerdotes idolorum mimi, & aurigæ, & scorta hæreditates capiunt. solis clericis, & monachis hoc lege prohibetur, & prohibetur non a persecutoribus, sed a Principibus Christianis, nec de lege conqueror, sed doleo cur meruerimus hanc legem: cauterium bonum est, sed quo mihi vulnus, vt indigeam cauterio? prouida, securaq. legis cautio, & tamen nec sic refrenatur auaritia. per fideicommissa legibus illudimur, & quasi maiora sint Imperatorum scita, quam Christi leges, timemus, Euāgelia contemnimus. sit hæres, sed mater filiorum, idest gregis sui,*

ecclesiā,

ecclesia, quæ illos genuit, nutriuit, & pauit, quid nos inserimus inter matrem, & liberos? gloria Episcopi est pauperum opibus prouidere ignominia omnium sacerdotum est proprijs studere diuitijs. Ex quo loco diui Hieronymi colliges primo legem illam tantũ prohibere ne Clerici, et Monachi hæredes instituãtur, non tamen prohibetur ecclesiæ, quæ prohibetur legibus Venetis. Secundo quod illa lege non erat interdictũ Clericis ius contrahendi, nec acquirendi bona stabilia, sed ne hæredes instituerentur, quia malis sordibus nonnulli hæred itatem expectebant, quod ibi repræhendit Diuus Hieronymus.

22 Quartum præmissum sit ex doctrina Angel. de Perus. cons. 48. quidam Franciscus, vbi dicit, quod in hanc materiam statutorum, quæ videtur esse contra libertatem ecclesiasticã intrare nemo potest, sine periculo animæ, & sequitur Felyn. d. c. ecclesia, n. 148. & esse periculosa huiusmodi statuta, tradit Petr. Iacobus in Prax. tit. ex quibus causis vasallus feudum ammittat. Lapus alleg. 92. Pechius de ammortizatione cap. 6. qui monent statuentium confessarios, vt ab huiusmodi statutis ferendis illos deterreant, aliàs confessarij incurrãt sententiam excõmunicationis, tanquam fautores harum legum, iuxta c. nouerit de sent. excom.

23 Quintum præludium est, quod licet de rectitudine legis diuinæ, et naturalis, nulla sit disputatio, cum ab eis cæteræ leges rectitudinem accipiant, vt probat Ludouicus Carbonius in tractat. de legibus lib. 4. disputatione 3. et lib. 3. disputat. 3. Tamen de lege humana, eiusq. institutione, et rectitudine cũ ab hominibus fiat (qui sæpe allucinari possunt) recta
24 suscipitur disputatio, circa quam necesse est ad eius cognitionem inquirere de qualitatibus, et requisitis iustæ legis seu statuti, de quibus agit Diuus Isidorus Archiepiscopus Hispalen. lib. 2. ethimologiarum c. 20. et habetur apud Gratianum in decretis distinct. 4. c. erit autem lex, et copiosè Carbonius explicat lib. 6. de legibus, & maximè in disputat. 10. Plato in Dialogo de Regno. Arist. lib. 2. Polit. c. 3. lib. 7. c. 3. Lælius Zechius de Principe lib. 2. c. 1. n. 11. quas omnes ad tres contraxit D. Thom. 1. 2. q. 96. Pater Dominicus Soto

lib.

lib. 1. de iust. et iur. q. 5. art. 3. et 4. Felyn. in c. Ecclesia S. Mariæ n.38. de constitutionibus.

Tres itidem recti iudicij partes enumerauit idem D.Tho. 2. 2. q. 60. art. 2. in corpore, et ibi Aragonius Hispanus, et pater Soto de iust. et iur. q. 5. art. 3. et 4.

25 Legis itaq. iustæ prima qualitas est, quod sit religioni congruens, qua Deus colitur, qui primus statuendus est nostrarum actionum finis.

Secunda qualitas, vt respiciat humanam naturam, morũ, inquam, compositionem, vt sit honesta, et æqualis in commune bonum.

Tertia qualitas, vt ab habente iurisdictionem in personas, et res, de quibus statuitur, fiat, quocumque autem horum deficiente, erit vitiosa, et illicita.

26 Iudicij recti qualitates in has legum conditiones videntur incidere. Prima, vt procedat ex affectione, seu inclinatione iustitiæ: hæc enim pars respicit primam legis qualitatem, de religione, qua Deus colitur, nam cum respiciat actum iustitiæ, quo vnicuique redditur quod suum est, alias si iuri alicuius partis iustitiam adimat, totam iustitiæ substantiam subuertit; ideo hæc prima qualitas, et Dei iura, et hominum tuetur: hac autem deficiente conditione, lex, seu iudicium erit peruersum, et iniquum.

27 Secunda qualitas recti iudicij est, quod procedat ex prudentiæ rectitudine, idest iuxta regulam, et terminos iuris; huc etiam attinet secunda legis qualitas, quæ humanam naturam, morumq. compositionem respicit, et commune bonũ; vt sit (inquam) honesta, et æqualis, inq. communem totius Reip. vtilitatem, non excedens æqualitatem proportionis: hac autem qualitate deficiente lex, et iudicium erunt suspecta, et temeraria.

28 Tertium requisitum, quod procedat ex authoritate, et iurisdictione statuentis, vel iudicantis, quod etiam apprimè conuenit cum tertia legis qualitate, hoc si deficiat, erit peccatum vsurpati iudicij, vt habetur ex D.Paulo ad Rom. c. 14. *Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? suo domino stat, aut cadit.*

et au-

et authoritate D. Gregor. super 24. Deuter. *si intraueris segetem* etc. vbi dicit, *falcem iudicij mittere non potes in eam rem, quæ alteri videtur esse commissa*. Et probatur etiam ratione naturali; nam sicut orbes cælestes non agunt in supremas substantias, nec influunt, sed in corpora inferiora illis subiecta; similiter nec homo leges, et iudicia ferre potest, nisi in sibi subditos, et probatur iure canonico in c. 2. et in c. et si clericis, de iudicijs, et in c. vt animarum, de constit. lib. 6. et in alijs quamplurimis iuris canonici decretis, et etiam iure ciuili, in l. fin. ff. de iurisd. om. iud. vbi dicitur *extra territorium impune ius dicenti non paretur*, et deficiente hac potestate, et iurisdictione lex nulla est, et idem de iudicio absq. iurisdictione lato, vt in dictis iuribus, et tradit Innoc. c. 1. de locato, et c. a nobis l. 1. de sent. excom.

29 Ad statuta condenda iurisdictionem esse in statuente necessariam, docent glo. et Bart. in repet. legis, omnes populi n. 3. de iust. et iur. et in l. 1. nu. 3. de iurisd. om. iud. Innoc. in c. cũ olim, et in c. cum accessissent, de constitutionibus. Bald. in l. nulli C. de sent. cum adductis a Iason. in d. l. omnes populi in repet. nu. 6. Tiraquel. de primogenijs q. 16. n. 1. quibus addo Ludouicum Carbonium lib. 3. de legibus, disput. 5. vers. atque ex ijs, & dicit Bald. in l. cunctos populos C. de sum. Trin. n. 17. quod *statutum est nullum ex defectu causæ efficientis, quæ consideratur respectu duorum extremorum, scilicet respectu statuentis, & respectu subiecti, quibus deficientibus statutum est nullum* l. obseruare §. fin. de officio Proconsulis.

---

§. Secundus.

SVMMARIVM.

1 *Tollunt leges Venetæ Ius testandi actiuè, & passiuè, quod est de Iure gentium origine, solemnitate, de Iure ciuili, & hæc 1. institutio.*

2 *Dispositio testatoris est lex.*

3 *Constãtinus concessit Christianis, vt Ecclesias possent ædificare.*

4 Lex

4 Ex lege Solonis, & Draconis licitum fuit testari.
5 Ecclesia, & clerici ex legibus Venetis sunt deterioris conditionis, quam deportati, aut infames.
6 Secunda iniustitia dictarum legum, quia tollunt ius, quod habent contrahendi.
7 Agitur de l. dudum C. de contrahenda empt.
8 Defenditur consuetudo retractus.
9 Clericus tenetur l. retractus.
10 Clerici sunt de populo, & gaudent ciuium priuilegijs.
11 Leges Venetæ sunt etiam in damnum laicorum, sed magis iniuriosæ contra clericos.
12 Pro iure tuendo induci potest bellum.
13 Quod leges Venetæ sunt contra charitatem Christianam, quia inæqualiter tractant laicos, & clericos.
14 Iniustitia legum Venetarum, quia aufertur ius quæsitum in bonis emphyteothicis, & tollit naturam emphyteosis.
15 Princeps non potest tollere ius quæsitum ex contractu emphyteothico.
16 Quando Princeps tollit ius quæsitum, debet condigne satisfacere, etiam si ius tollatur per viam statuti.
17 Lex seu statutum disponens super dominio rei emphyteothicæ vtili, est nulla: & tale est contra libertatem ecclesiasticam.
18 Iniustitia quarta dictarum legum, quia impediunt cultum diuinum, & ecclesiarum ædificationem.
19 Referuntur plura circa Ecclesiarum ædificationem.
20 Veneti dum a Senatu licentiam esse petendam disponunt, vsurpant ius ecclesiæ, ad quam pertinet.
21 Ex legibus Venetis redditur Deus deterioris conditionis, quam reliqui ciues, propter quod sunt excommunicati.
22 Inter Iudæos nullus erat ditior summo sacerdote præter Regem.
23 Laudantur qui ecclesias ædificant, & quod id maxime conuenit Principi Christiano.
24 Iudæorum collegia sunt improbata.
25 Quinta dictarum legum iniustitia, quia læditur ecclesiastica libertas: vbi improbantur constitutiones contra eam factæ.
26 Referuntur iura canonica, quæ dictas leges improbant, vbi de excommunicatione contra statuentes lata.
27 Qui spoliant clericos suo iure, sunt latrones.
28 Sexta iniustitia dictarum legum, quod ecclesiæ, & personæ ecclesiasticæ sine culpa puniuntur, & inhabilitantur, quod est pœna.
29 Septima iniustitia legum Venetarum, quia priuantur homines

referre Deo gratias pro acceptis beneficijs.

30 *Quæ impediunt bonum fieri, sunt iniusta, & quæ inuitant ad malum.*

31 *Ingrato homine nil peius terra gignit, contra quos apud Persas erat constituta pœna.*

32 *Donatio Deo facta est remuneratoria.*

33 *Donatio facta ecclesiæ, dicitur facta Deo.*

34 *Dominium rerum ecclesiasticarum est penes Christum Dominũ.*

35 *Leges quæ probibent Deo donari sunt iniustæ, quia per donationem res donata redit ad suam pristinam naturam.*

36 *Ex donatione facta Deo, non læduntur iura Principum, & causa Religionis debet esse potior causa Imperij, & afferuntur exempla contra negligentes Religionem.*

37 *Non licuit Reipublicæ lucrum capere cum iactura ecclesiarum, & clericorum.*

1 His pro certis, & indubitatis ita constitutis, planè docebimus nullum horum in dictis legibus, & decretis Ducis, & Senatus Veneti esse, immo omnia defecisse. Vnde necesse est, vt fateantur iniquas, peruersas, iniustas, suspectas, temerarias, & vsurpatas esse. Nam quod attinet ad primam qualitatem iustæ legis, & recti iudicij, videntur defecisse dictæ Venetorũ leges, & decreta, non concedentes, verùm tollentes & auferentes quod proprium est.

Primo, quia tollunt ius testandi actiuè, & passiuè, de quo Iustinianus §. testes autem, & ibi Theophil. inst. de testam. Cõnanus lib. 9. Commentariorum iur. ciuil. c. 3. n. 1. quod vnicuique competit (vt quidam opinantur) de iure diuino, alij de iure ciuil. alij & melius de iure gent. & naturali esse dicunt inuentione, forma autem de iure ciuili, quæ, & receptior est opinio, vt tradit D. Couarr. lib. 3. resol. c. 3. nu. 7. & huius sententiæ plures refert Ferdinan. Vasquez Menchaca de successͥ. creat. lib. 1. §. in princ. & eam eleganter defendit Cõnanus cõment. iuris ciuilis lib. 1. c. 5. n. 5. & lib. 9. c. 1. n. 3. quicquid cõtradicat ipse Menchaca, & Stephanus Forcatulus in l. ex hoc
2 iure n. 21. de iust. & iur. Lege autem duodecim tabularũ cautum erat, *Vti quisque rei suæ legasset, ita ius esto.* l. verbis legis 120. ff. de verb. signif. *verbis* (inquit Pomponius I. C.) *legis*

duode-

duodecim tabularum, is vti legaßet suæ rei ita ius esto latißima potestas tributa videtur, & hæredes instituendi, & legata, & libertates dandi. Cicero quoque eius legis meminit ad Herennium. Primo, *paterfamilias vti super familia, pecuniaue sua legasset, ita ius esto.* Probat etiam I.C. in l. 1. ff. ad l. falcid. *disponat* (inquit Iustinianus Imperator) *testator, & erit lex* Auth. de nupt. §. disponat, & nouella 22. c. 2. tanti enim hæc libertas extimabatur, vt legis, vicem obtinere Principibus, & legislatoribus placuerit. Diuus quoque Constantinus, ad populum lege lata ita sanciuit, in l. 1. C. de sacrosan. eccles. *habeat vnusquisque licentiam, sanctißimo Catholico, venerabiliq. Concilio decedens, bonorum quod optauerit, relinquere, & non sint cassa iudicia eius; nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, quam vt supremæ voluntatis, (postquam iam aliud velle non possunt) liber sit stylus, & licitum,*
3 *quod iterum non redit arbitrium.* Idem religiosissimus Princeps Christianis concessit ecclesias fabricare, & prædia eis tribuere, vt habetur apud Iuonem in decret. p. 3. c. 4. & Gratian. c. futuram 12. q. 1. nec tantum hanc libertatem testandi hominibus, quoad substantiam ipsius dispositionis cõcessa fuit, verum & in modo, & conditionibus relinquendi, vt I.C. Vlpian. testatum reliquit in l. in conditionibus 19. ff. de condit. & demonstrat. *in conditionibus* (inquit) *primum locum voluntas defuncti obtinet, eaq. regit conditiones.*

4 Eamdem quoque libertatem Solon, & Draco suis legibus stabilitam reliquere, teste Prateo de legibus Draconis, & Solonis, quam, & omnes amplectuntur gentes.

Hac igitur potestate testamenti actiua priuantur, tam clerici, quam laici, non valentes Deo, clericis, ecclesijs, & monasterijs, locisvè pijs, quicquam ex testamento, aut codicillis relinquere; priuantur etiam actione testamenti passiua, cum capere non possint.

Quid igitur fieri potest vt lex, quæ hæc prohibet iusta cen-
5 seatur? immo sunt deterioris conditionis, quã infamis, & deportatus, qui ex testamento militis capiunt, l. quidam ff. de pœnis, l. nec enim §. 1. de testam. milit. l. si deportati §. miles, de legat. 3. quod vtique non capit ecclesia apud Venetos.

6 Secundo est, & alia iniustitia, nã contractus, & ius contrahendi est, etiam iuris gentium, seu naturalis secũdarij l. ex hoc iure ff. de iust. & iur. §. ius autem gentium, Institut. eod. C. ius gentium 9. dist. 1. cum adductis a Petro Mozio de contract. in princ. art. 3. vnicuique enim contrahere licitum, liberumq. esse docet. Lex, sicut ab initio 5. C. de oblig. & action. l. nec emere, nec vendere 15. C. de iure deliber. & sicuti ex rescripto Principis cogi non potest, vt quis inuitus rem suam vendat, l. inuitum C. de contrah. empt. vbi Imperatores Dioclitianus, & Maximianus in hæc verba, *Inuitum comparare, vel distrahere postulantis iustam causam non continet desiderium*.

7 Immo consuetudo, aut lex coarctans hanc contrahẽdi libertatem, vt quisq. suo arbitrio cui placuerit, vendat, infert grauem iniuriam, sicq. testantur Imperatores Valentin. Theodos. & Archadius in l. dudum 14. C. de contrah. empt. (inquiunt enim) *Dudum proximis consortibusq. concessum erat, vt extraneos ab emptione remouerent, ne homines suo arbitrio vendenda distraherent. Sed quia grauis hæc videtur iniuria, quæ inani honestatis colore velatur, vt homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti; superiori lege cassata vnusquisque suo arbitratu quærere, vel probare possit emptorem nisi lex quasdam personas hoc facere prohibuerit*. Et sic grauem iniuriam appellant Principes prohibere, ne quisquam arbitrio suo rem cui placuerit vendat.

8 Nec huic prohibitioni aduersantur ll. seu consuetudines, quæ consanguineis, & consortibus retrahendi ius tribuunt, de quibus in c. constitutus 8. de in integrum restitutione, vbi agitur de consuetudine Paronensi cum adductis a Tiraquello in præfat. tractatus de retractu linagier.

Primo, quia d. l. dudum (de qua latè agit Tiraquellus) tollit legem prohibentem, ne quis alijs quam consanguineis, aut consortibus vendat. Cæterum leges, & consuetudines retractus, non prohibent extraneis vendere, sed in re vendita gentilitia, consanguineum præferunt, & in re cõmuni consortem: ne res extra familiam exeat, neuè consors extraneum, & rixosum socium admittat; vt per Alciat. de præsum. reg. 1. præsumptione 1 0. quæ sanè, non modò iniquitatem, & iniustitiam nõ

indu-

inducunt, verùm sanctissimè, & iustissimè disponunt, maximamquè æquitatem præseferunt, vt per Tiraquell. dicta præ-
9 fatione nu. 16. & meritò Clericus his legibus vtitur, easdẽquè obseruare tenetur, vt resoluit idem Tiraquell.d. tract. de retract.linagier.§. 1. verbo l'Achepteur q. 13. n. 2. nam non procedunt prohibendo per modum auctoritatis,& iurisdictionis,sed magis priuilegia concedendo tam laicis, quam clericis,& in d.c.constitutus, quæ & non subditis concedi possunt vt aduertit Card. in c.perpendimus in 2. q. in fine de senten. excom. Abb.in c. ex literis 1.notab.per textum ibi de vita, & honest.cleric.& habetur in c.nouit. de iuditijs, cum adductis per Tiraq. de iure primogeniorum q.44.n.8. & probat c.constitutus de in integrum restit.

Sunt enim huiusmodi leges æquales, & vtiles tam clericis, quam laicis, & meritò ab omnibus obseruandæ; nam clerici
10 gaudent priuilegijs ciuibus concessis, cum in fauorabilibus dicantur esse de populo, non in odiosis, & strictis, vt probat glo.in c.si sententia de sent.excom.in 6. Bart. in l.1. ad municip. Felynus in c.Ecclesia S.Mariæ nu.74. de constit. At Ve-
11 netæ leges inæquales sunt nec laicis, nec clericis fauent,cum eorum contrahendi facultatem coarctent in hoc magis iniuriosè contra clericos, & ecclesias,quod inhabilitatem inijciũt acquirendi quocumque titulo bona stabilia; ac proinde satis
12 iniuriosæ censendæ sunt: Pro quo iure tuendo optime bellũ induci potest, vt docet doctissimus pariterq. religiosissimus pater Franciscus Victoria Dominicanæ Religionis ornamentum in 5. relectione de Indijs, lect.3. in princ. & proposit.1.& 2.(inquit enim) *Hispanos iustam habuisse causam debellandi Indos nolentes eos admittere ad commertia, & contrahendi facultatẽ, qua Indorum Principes non poterant Hispanos priuare, siquidem diuino,& gentium iure hoc contrahendi,& negotiandi ius,omnibus commune est: & qui hoc rumpit videtur naturam, consortium, & amicitiam hominum violare, nam aut exteri sunt subditi, aut non Reip. prohibentis, si (inquam) non sunt subditi, quomodo possunt illis legem imponere ne bona acquirant? Cæterum, si subditi sunt, debuissent eos beneuolè tractare,& vt proximos diligere*,ex quo fit
(vt

(vt inquit Victoria) quod Principes non possunt subditos, nec exteros iure contrahendi priuare, & lex hoc prohibens, sine dubio esset irrationabilis, contra præceptum naturale, *quod tibi non vis*, &c. nisi ex iusta causa.

Quod autē hæc iustitia in legibus Venetis deficiat, inferius
13 in solutione contrariorum magis demonstrabimus. Addit etiā idem author huiusmodi legē esse iniquam, iniustā, & contra charitatem, cuius sententiam libuit hic adscribere vtpotè, quia existimamus apprimè ad rem de qua agimus maximè conducere: nam aut personæ ecclesiasticæ sunt ciues Veneti, & subditi Reip. aut non sunt: si sunt (vt Veneti dicunt) quare eos a iure reliquorum ciuium excludunt contra charitatē Christianam, & omnia iura diuina, & humana? debuissent enim æqua lance ecclesiasticos, & laicos tractare, & diligere; aut non sunt sub iurisdictione laica Reip. (prout verè nō sunt) qua igitur ratione in eos iniuriosam legem ferunt? Licebit igitur clericis (quod Deus auertat) pro huius iuris defensione armis se tueri, iuxta ea, quæ tradit Paulus Grisaldus in decision. fid. cathol. verbo bellum adducendo loca Scripturæ, siquidem vnicuique licet vim vi repellere, pro sua, & suorum bonorum tuitione, vt omnes leges, & iura proclamant. l. vt vim ff. de iust. & iur.

14 Tertia iniustitia dictarum legum versatur non solum in tollendo iura nouæ acquisitionis verùm, & in auferendo iure iā quæsito in bonis emphyt. ab ecclesia laicis concesso: prohibēt etenim prædictæ leges, ne vllo modo vtile dominium cum directo consolidari valeat, redduntq. dominium directū inutile absque iuribus dominicalibus consolidationis, & priuationis, quod est contra naturam emphyteosis, de qua in l. 2. & 3. C. de iure emphyt. & in c. potuit. de locato: infringit enim libertatem, quam vnusquisque habet adijciendi in rei suæ traditione, quas voluerit conditiones contra l. legem quam dixisti C. de pactis in l. ex conuentione 11. C. eod. tit. & maxime in hoc contractu emphyt. & in l. 1. C. de iur. emphyt. ibi *in quo, cuncta quæ inter vtrasque contrahentium partes, super omnibus, vel etiam fortuitis casibus, pactionibus scriptura interueniente*

habitis

habitis placuerit, firma illibataq. perpetua stabilitate, modis omnibus
debeant custodiri, & in l.2.eod.ibi *in emphyteothicarijs cōtractibus,*
sācimus, siquidē aliquæ pactiones in emphyteothicis instrumētis fue-
rint conscriptæ, easdē, & in omnibus alijs capitulis obseruari, & in §.
adeo Instit. de locat. & conduct. ibi *& siquidem aliquid pactum*
15 *fuerit, hoc ita obtinere, ac si naturalis esset contractus, quod quidem*
ius, a Principe tolli non potest, vt docet gloss. l. quoties C. de pre-
cibus Imperat. offeren. Cynus l. rescripta eod. tit. & de magis
communi Gabriel. lib. 3. conclusionum tit. de iur. quæsit.
concl. 1. vbi n.2. ex sententia Castrens. Alex. & aliorum idem
dicit de dominio directo, & de vtili etiam, per indirectum tol-
lendo libertatem, vt per Aret. l. 1. col. 1. in princ. de acquiren.
possess. & licet ex causa publicæ vtilitatis (quando aliàs pu-
blica vtilitas sequi non possit) Princeps valeat rem alienam
auferre domino, vt per Iason. in l. Gallus §. et quid si tantum
2. lect. de lib. et posth. Afflict. dec. 51. in fi. et dec. 116. l. Lucius
11. ff. de euict. l. item si verberatum §. itē si forte ad l. Aquil. te-
16 netur tamen ad condignam compensationem, Bart. in l. finali
§. 1. ff. de pig. act. etiam si hoc ius tollatur per viā statuti, Abb.
c. fin. n. 8. de constitut. cum adductis a Gabriele d. tit. de iur.
quæs. concl. 2. n. 25. & 26. vers. contrarium voluit Iason. etc.
text. in l. ita si verberatum 15. §. item si forte ff. de rei vendi-
17 cat. ibi, *modico honoris gratia possessori dato*, & lex, aut statutum
disponens super vtili dominio rei emphyteothicæ, aut feu-
dalis, cuius dominium directum pertinet ad ecclesiam est nul-
lius momenti. tex. in c. quæ in ecclesiarum. de constitutioni-
bus, vbi notant DD. communiter, quod lex secularis disponēs
super *vtile dominium, non tenet, si habeat præiudicare ecclesiæ super*
directo dominio, etiam quod vtile sit penes laicos, & vt ibi tradit
Alex. de Neuo n.9. immo laici statuentes, sunt ipso iure excō-
municati c. nouerit de sent. excom. & tale statutum dicitur
contra libertatem ecclesiasticam DD. d. c. nouerit. Alex. de
Neuo vbi supra nu. 10. & de hac lege Venetorū, quod sit nul-
la tradit Illustr. Card. Tuschus concl. 342. nu. 125. to. 5. Pract.
Concl. lit. L. verb. libertas ecclesiastica, & facit tex. in c. fi. de
rebus eccles. vbi reprobantur alienationes rerū ecclesiastica-

rum

tum prætextu consuetudinis laicorũ, vbi Hostien. appellat has laicorum constitutiones destruitiones.

18 Quarta iniustitia seu nullitas, quia per dictas leges impeditur cultus diuinus, sacrarumq. ædium ædificatio, & constructio contra id, quod iure dispositum reliquit Diuus Constantinus, vt habetur in c. futuram 12.q.1. & contra Iustiniani constitutionem in l. quoniam in plerisque 26.C. de sacrosan. eccles. prout habetur in Codice Gottofredi, & in l. omnem 43.C. de Episc. & cler. ibi *omnem semper adhibentes prouidentiam circa sanctissimas Ecclesias, per quas nostrum Imperium sustineri, & communes res, Clementissimi Dei gratia muniri credimus, necnon & nostras, & cæterorum omnium animas, studentes saluari; & eam ob rem, solliciti assidue, ne commoda sanctissimarũ ecclesiarum, in quacumque ciuitate sint constituta, aliqua ratione minuantur* & in l. sanctissimarum 44. & in l. sancimus 46.§. sed si quidem ædificationem ecclesiæ iniunxerit eodem tit.

19 Aliter eo tempore a Iustiniano quam nunc a Rep. Veneta ecclesijs construendis prospectum videtur, & in c. præcipimus 53. 16.q.1. & Clemens Papa epist. 2. ad sacellum, & habetur in c. ecclesias 28.16.q.7. ibi *ecclesias per congrua, & vtilia facite loca*, & non obstante iuramento ab Episcopo præstito de non alienandis rebus ecclesiæ, potest illas alienare, vt noua fiat ecclesia c. fin. de ecclesijs ædific. & quod huiusmodi leges de hoc disponentes sint contra libertatem ecclesiasticã, probat Illustriss. Card. Tuschus d. concl. 342. nu. 75. vsque ad 82.

20 Quatenus autem sibi Dux, & Senatus reseruant potestatem dandi licentiam ad ecclesias ædificandas, in aliud malũ incidunt, id enim non ad seculares, sed ecclesiasticos pertinet c. ad audientiam 3. de eccles. ædific. & earum consecratio, seu dedicatio c. de locorum 4. c. præcepta 5. c. basilicas 6. & c. ecclesia (idest catholicorum collectio) 8. & c. nemo 9. de consecratione dist. 1. vbi ex Concilio Aurelianensi id fieri sine Episcopo prohibetur, & in Concilio Tridentino sess. 21. c. 7. de reformatione, & habetur in nouella Iustiniani 131. c. 6. incipiente si quis autem voluerit fabricare, aliàs est Auth. de ecclesiasticis titulis tit. 13. columna 9. & eadem nouella

c. 10.

c. 10. incipiente, si quis ædificationem.

21 Deteriorisq. cõditionis redditur Deus, quã reliqui ciues, ex Venetorum decreto; nam nemo potest Deo domũ habitationis ædificare sine licentia Senatus, cum id facere cuicumq; alij seculari licitum sit. & in hoc etiam videntur vsurpare ecclesiasticam iurisdictionẽ, & in pœnas, & censuras bullæ Cœnæ Domini incidere; & videntur his legibus velle, ne ecclesiæ, & ecclesiasticæ personæ bona habeant, quod est institutũ aliquorũ hæ-

22 reticorũ, cũ tamen & in veteri lege nullus fuerit ditior summo Sacerdote, præter Regẽ, vt docet Tostatus Matthæi, tom. 6. c. 2.

23 Nusquam scriptũ inuenimus prohibitũ fuisse ecclesias ædificare a catholicis Principibus; præterquã a Valente, Theodosio, & Archadio in l. nemo. C. de religio. & sump. fun. vbi prohibentur ecclesiæ ædificari sine Principis licentia. de quo inferius copiose agendum est. Immo Salomon laudatur, quod templũ magnificẽtissime ædificauerit, lib. 3. Reg. c. 9. & improbatur Hieroboan eod. li. c. 12. qui, ne populus ascenderet Hierusalẽ, vt oraret in tẽplo Domini, fecit vitulos aureos, vt tradit D. Th. de Regim. Princ. lib. 2. c. vltimo; & maxime conuenit Principi Christiano, vt ecclesiæ ædificentur. Lælius Zecchius de Principe lib. 1. c. 6.

24 n. 12. Iudæorum collegia improbata sunt in l. 1. C. de Iudæis. & Paganorũ templa in l. 1. C. de Paganis. at vero Christianorũ tẽpla, quo iure prohibeantur ædificari, videat Respub. Veneta.

25 Quinta iniustitia, seu nullitas est, quod per has leges lęditur ecclesiastica libertas, quæ sarcta, tectaq. semper esse iubetur per Leonẽ, & Antemiũ Imperatores in l. decernimus 16. C. de sacrosf. ecclesf. & in l. omnia priuilegia 39. C. de episc. & cleric. l. si qua per calumniam 22. §. quin etiam. eod. tit. & nouella 131. quæ est de ecclesiasticis titulis. tit. 14. collat. 9. & omnes constitutiones contra eam latas nullas, & inualidas esse tradunt Valẽrinianus, et Martianus in l. priuil. 12. C. de sacrosf. eccles. et Federicus II. Romanæ Eccl. acerrim⁹ ꝑsecutor in Auth. cassa, et irrita. C. eod.

26. Huiusmodi statuta laicorũ, quæ de rebus ecclesiæ dispõnũt improbantur, et vires non habere declarat Innoc. 3. in c. quæ in ecclesiarum 7. de constitution. vbi statutũ Teruisinũ, vt præssus egestate possit vendere fundũ, quod habet ab ecclesia in feudũ, reprobatur, quia Princeps secularis non est supra legem Dei, vt

docet Nicolaus Papa c.lege Imperatorũ. 1.dist.10. idẽ Innoc.3. in c.ecclesia S.Mariæ 10.de constit.inquit, *laicis (etiam religiosis) super ecclesiis, & personis ecclesiasticis nulla sit tributa facultas, quos obsequendi manet necessitas, non authoritas imperandi* etc. Vbi dicitur *quod si tale statutum laicorum respiciat commodum ecclesiarũ, nullius firmitatis existit, nisi ab ecclesia fuerit approbatum*, et habetur 96. dist.per totam: et contra laicos vsurpantes iurisdictiones ecclesiæ, et libertatem ecclesiasticam, ipso iure execrationes latæ sunt c.non minus 4.de immunit.ecclesiarũ, et in c.1.et 2.§. nos igitur.c.3.et c.fin.eod.tit.lib.6.vbi huiusmodi statuta, quæ prohibent, ne laici cum clericis contrahant, nec aliquid emant, aut vendant, sunt nulla, et statuentes ipso iure excommunicati per bullã in Cœna Domini & grauissimè peccant iudices, qui con-
27 tra libertatem ecclesiasticam aliquid faciunt; immo, et si clericum suo iure spoliant, sunt vere latrones. Sot.de iust.et iur.lib.3. q.4.art.2. Aragon.ad D.Tho.2.2.q.60.nu.2.vers.& est difficultas. *sunt enim huiusmodi statuta*, vt ibi dicitur, *contra libertatem ecclesiasticam*; quod satis probatum est supra in secundo præludio: nam tollũt ius commune, et priuilegia ecclesiastica, et in Concil.Trid.sess.25. c.20. de reformat. præcipitur omnibus Principibus, vt libertatem ecclesiasticam tueantur, et innouat omnes sacras Cõstitutiones de hac libertate, et contra violatores latas.
28 Sexta est iniustitia harum legum, nam ecclesiæ, et ecclesiasticæ personæ, patiuntur pœnas sine delicto, quod est contra omnẽ rationem naturalem, vt in l. sancimus.C.de pœnis, et vt inquit I.C.Vlpianus in l.absentem 5.ff.de pœnis. *satius enim esse, impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare.* Cæterũ inhabilem ecclesiam, et clericos reddere ad acquirendum, grauissima res est; nam inhabilitatio est pœna, etiam si indicta sit inhabilitas sub certa forma, vt patet in excommunicato, qui est inhabilis ad actus publicos, et in vsurario, qui excluditur a dignitatibus, c.inter dilectos: de excessibus Prælatorum: ita Felyn. in c.Ecclesia S.Mariæ, nu.107.et ante eum Cardinalis in repet. c.prohibemus.de senten.excommunicat.
29 Septima iniustitia dictarum legum est, quia per eas prohibẽtur homines Deo gratias referre pro immensis beneficijs acceptis, dona offerendo, et sacras domos ædificando, cappellas in-

ftituendo, quæ absque dote neque ædificari, neque erigi valent: glo. in c. vt quisquam. de vita, et honest. cleric. Abb. in c. cum sicut. de consecratione ecclesiæ, vel altaris. impediunt enim, ne homines possint in pios vsus, et pauperum alimoniam res suas erogare; et sicuti esset impium, si aliqua lex impediret ingressum religionis, similiter lex, quæ impedit bona Deo offerri videtur lata in odium Christiani cultus, et sic remouent homines, ne bona faciant: et sine temporalibus non posſunt spiritualia stare, c. si
30 quis obiecerit 1. q. 3. Statuta autem, aut iuramentum, quæ bene facere prohibent, aut impediunt, iniusta, et impia iudicantur, neque sunt è Repub. immo nulla, vt in iuramento de bono nō faciendo, vt si quis iuret de non fideiubendo, vel de non mutuando, vel si iuret se non daturum eleemosynam, vel non ingresſurum Religionem. D. Thomas 2. 2. q. 89. art. 7. Nauarrus in Manual. confesſar. c. 12. nu. 16. et 53. Frater Petrus Ledesma in 2. par. summæ cap. 3. tract. 11. de iuramento, pag. 1260. vers. *digo lo segundo*. Et in d. 2. par. tract. 10. de voto c. 2. pag. 1123. 1124. et 1125. et dispositio, qua quis inuitatur ad malum, et retrahitur a bono, est vitanda l. conuenire ff. de pactis dotalibus l. lex Corne-
31 lia. ff. ad Silanianum. l. 1. ff. de iust. et iur. et vt dicunt Ausonius et Menandrus *plane nihil ingrato homine peius terra gignit*. Et apud Persas, et Macedones aduersus ingratos homines erat constituta pœna, teste Connano Commentariorum Iuris, lib. 1. c. 1. nu. 3. & esse maximum peccatum, demonstrat Abb. in c. 12. de donation. & plura contra ingratos tradit Iosephus Passi Rauennat. in lib. de la mostruosa Fucina delle sordezze de gli huomini c. 10. & ob neglectam Religionem multos fuisse punitos a Dijs, tradit Valerius Maxim. lib. 1. c. 2. vbi c. 1. dicit multa de cultu Deorum obseruando.

32 Quinimo donatio Deo facta est remuneratoria, debitiq. solutio, seu compensatio, magis quam pura, & gratuita donatio, vt in l. Aquilius Regulus, ff. de donationibus, ibi *defendi non meram donationem esse, verum officium magistri, quadam mercede remuneratũ*. & in l. sed si lege §. consuluit. ff. de petitione hæreditatis, ibi, *& velut genus quoddam est permutationis*. cum latè adductis a Tiraq. in l. si vnquam, ver. donatione largitus a n. 11. vers. secundo hinc sequitur. Et lex quæ homines ab hac gratificatione, & remune-

ratione auertit,videtur prohibere debiti solutionem;ac proinde habere maiorem iniquitatem ,& peccatum inducere; est enim contra legis essentiam,substantiam,& naturam, quæ iustorũ regula dicitur,& delictorum correctio,l. 1.& 2.ff.de legibus.& do-
33 natio facta ecclesiæ dicitur facta Deo,& sanctis eius, & assumitur pro remedio animæ donantis. Abb. in c. in nostra de rerum
34 permut.& in c.conquæstus. de foro competenti;nam rerum ecclesiasticarum dominium est penes Christum Dominum,vt docet Innoc.in c.cum super elect.4.n.3.de causa possess. Vnde lex
35 prohibens bona donari, & in ecclesiam transferri; prohibet ne Deo dentur,neuè ei grati homines existant,& inducit malum in animarum præiudicium; immo lædit pietatem, & Religionem Christianam,& publicam vtilitatem,vt docet Petrus Pechius de ammortizatione,c.6. impeditq. res ad pristinum statum redire; nempe ad Deum, cuius est terra,& plenitudo eius.Psal.23.a quo cuncta bona accepimus:nam omne bonum, & datum optimum desuper est a patre luminum, vt aduertit Hieron. Albanus de immunitate ecclesiarum,n.71.& 85.

36 Nec propterea laicorum Principum iura læduntur glo.in c.ego Ludouicus.63.dist.& ne tot inconuenientia ex dictis legibus sequerentur,satius esset,immo necessarium,potiorem esse causam religionis,quam ius Imperij, vt contra Politicos docent Antonius Posseuinus,& Ribadeneira lib. 1.de principe.siquidem cõtra negligentes religionem multa accidisse mala testatur sacra Scriptura,de Balthassare, & alijs Regibus Israeliticis,& de Eliodoro quoque. & plura exempla eorum, qui contra Religionem aliquid statuerunt, vel eam parui fecerunt, adducunt Thomas Bozius, lib. 6. de tit. diuino ecclesiasticæ libertatis a c. 9. cum seqq. & Petrus Ribadeneira, debuissent enim honestatem vtilitati præferre, quod in Repub. bene instituta summè necessarium est, vt existimat Marcus Tullius lib. 3.offic.in hæc verba; *erit autem hæc formula Stoicorum rationi,disciplinæq. maxime consentanea,quam quidem in his libris propterea sequimur,quod,quamquam a veteribus Academicis,& Peripateticis nostris,qui quondam ijdem erant; qui Academici,quæ honesta sunt anteponuntur ijs,quæ videntur vtilia, tamen si splendidius hæc ab eis differuntur, quibus quidquid honestum est,idem vtile videtur,nec vtile quidquam,quod non honestum.quam ab ijs,quibus est honestum,aliquid non vtile, aut vtile non honestum.*

Neque

37 Neque cum tam graui iactura,& iniuria rei ecclesiasticæ sibi prospicere debebat Veneta Respub.contra legem naturæ, vt ait Pomponius I.C.in l.nam hoc natura 4.ff.de condit.indebiti,ibi; *nam hoc natura æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem.* Et Marcus Tullius d.lib.3.officiorū in hæc verba ait. *detrahere igitur aliquid alteri, & hominem hominis incommodo suum augere commodum,magis est contra naturam,quam mors,quā paupertas,quam dolor,quam cætera quæ possunt,aut corpori accidere,aut rebus externis.Nam principio tollit conuictum humanum, & societatem. Si enim sic erimus effecti,vt propter suum quisque emolumētum spoliet, aut violet alterum,disrumpi necesse est eam,quæ maxima est secundum naturam,humani generis societatem.Vt enim si vnumquodque membrum sensum hunc haberet, vt posse putaret se valere,si proximi membri valetudinem ad se traduxisset, debilitari, & interire totum corpus necesse esset:sic,si vnusquisque nostrum rapiat ad se cōmoda aliorū, detrahatq. quod cuiq; possit,emolumenti sui gratia,societas hominum,& communitas euertatur necesse est. nam sibi, vt quisque malit,quod ad vsum vitæ pertineat,quam alteri acquirere concessum est non repugnante natura. Illud natura non patitur,vt aliorū spolijs nostras facultates, copias,opes augeamus. Neque vero hoc solū natura,idest, iure gentiū;sed & legibus populorum,quibus in singulis ciuitatibus Respub. continetur. eodem modo constitutum est,vt non liceret sui commodi causa nocere alteri.hoc enim spectant leges, hoc volunt, incolumem esse ciuium coniunctionem: quam qui dirimunt eos morte,exilio, vinculis, damno coercent.* & idem Cicero in eodem loco. *Nedum vni parti ciuitatis consulunt, reliquam partem iniuria afficiant;* ex quo grauia scandala sequuntur,vt ex Platone tradit.Cicero lib. 2. offic. ibi *extremum autem præceptum in beneficijs,operaque danda est,ne quid contra æquitatem contēdas,ne quid pro iniuria;fundamentum enim perpetuæ commendationis, & famæ est iustitia:sine qua nihil potest esse laudabile.Sed quoniam de eo genere beneficiorum dictum est,quæ ad singulos spectant; deinceps de ijs, quæ ad vniuersos,quæque ad Rempub. pertinent;disputandum est. Eorum autem ipsorum partim eiusmodi sunt, vt ad vniuersos Ciues pertineant: partim singulos,vt attingant,quæ sunt etiam gratiora. Danda est opera omnino,si possit vtrisq. nec minus,vt etiam singulis consulatur, sed ita, vt ea res,aut prosit,aut certe ne obsit Reip.* Et paulo infra idem Cicer. ait: *in primis autem videndum erit ei, qui Rempub. administrabit,vt suum quisque teneat,neque de bonis priuatorum publice diminutio fiat.*

§. Tertius

SVMMARIVM.

1 *Proponitur quæstio prima de legibus, quæ bona stabilia in extraneum prohibent alienare, nulla facta mentione clericorum & ecclesia-*

ecclesiarum & 2.q.quando in dictis legibus est facta expressa mentio ecclesiarum,& clericorum.

2 *Agit de prima quæstione,quod non comprehendatur actiue ecclesia, & clericus.*

3 *Nec etiam passiuè eos comprehendunt,& est communis.*

4 *Ponitur opinio Signoroli, & Baldi contraria, quæ est reprobata communiter.*

5 *Probatur opinio communis,quia laici carent iurisdictione.*

6 *Semper disponens eligit viam,vt actus valeat.*

7 *Statuentes delinquunt, si velint clericos comprehendere, & essent excommunicati.*

8 *Et generalis disputatio non se extendit ad prohibita.*

9 *Quia non trahitur statutum ad id,quod specificari non potest.*

10 *Quæ notabilia sunt,egent nota speciali.*

11 *Iudex ecclesiasticus potest compellere statuentes,& declarare,quod in statuto generali non sunt comprehensi clerici.*

12 *Nullum est mendacium,quod in iure non habeat authorem.*

13 *Pro opinione contra communem adducuntur plura fundamenta a Signorolo,Bart.& alijs.*

14 *De opinionibus Barbatiæ quid dicat Rodoricus Suarez.*

15 *Quod opinio Signoroli est communiter improbata.*

16 *Simia semper est Simia etiam si purpura induatur.*

ET quamuis plura de Venetarum legum militate,& iniustitia dici queant,sat tamen est aliqua a nobis hactenus demostrata fuisse,cum iam quæstio illa(an & quando leges laico-
1 rum ecclesias,& clericos teneant)animum nostrum pulset. vidimus enim a doctoribus nostris non ita adamussim fuisse tractatam,vt aliorum examen,& censuram possit effugere. at quia, vt superius diximus, non nostri instituti est nunc per tam amplum, & latissimum campum vagari,sed ea tantum, quæ ad dictas leges attinet attingere, rem hanc contractius agendam putamus. erit igitur quæstio examinanda de legibus,quæ bona stabilia in extraneum non subditum prohibent alienare, siue simpliciter, siue sine certa solennitate,& forma,an ecclesias, ecclesiasticasq. personas comprehendat tam actiuè quam passiuè: & deinde de legibus,in quibus ea prohibitio restricta est, nominatim quoad ecclesias, & personas ecclesiasticas tantum simpliciter, aut nō seruata certa forma,puta sine licentia Principis,vel Senatus, aut non soluta certa quātitate ad rationē libræ, quæ est propria

thesis,

thesis,& facti species legum Venetarum,de quibus hic agimus.
2 Quoad primam quæstionem, quod dictæ leges actiuè non cõprehendant ecclesiam,ecclesiasticasq. personas alienantes, docent Albericus in tract.statutorũ 2.p.q.2.n.26.Bossius in Prax. criminali.tit.de pœnis. nu.43. & alij relati ab Horatio Carpano Mediolan.ad c.collegijs. tit.de pœnis.in nouis constitutionibus status Mediolani verbo cuiusuis status,nu.20.
3 Nec etiam passiuè,nam,& in personã ecclesiasticã,vel Clericũ potest fieri alienatio,vt de communi docet idem Horat. prædicto loco,verbo.in capitulum.n.150.vbi pro hac sententia refert stare Albericum,Fabianum de Monte,Iacobum de Canibus,Iasonem,Bossium,Crotum,Ripam,Brunum, Felynũ,Tiraquellum, Gabrielem Sarai,Didacum de Couarruias, Clarum, Plotũ,Michaelem Crassum,& Hyppolitum Riminaldum;& ita fuisse iudicatum in supremo Senatu Mediolani in causa emptionis factæ per quendam Ambrosium Præpositũ Papiensem,testatur dictus Horatius,immo plus dicunt Bossius,& Horatius nunquã vidisse alienationem factam alicui personæ ecclesiasticæ sine Senatus dispensatione infringi, huius etiam opinionis fuit Soc. Iunior. cons.76.n.30.lib.3.& alij relati a Claro,lib.5.§. fin.q.82. verbo statutum 5.& ante eos Bart.in l.filius famil.§.diui.n.12.de legatis primo.cuius opinionem ibi amplectuntur Doctores,& per Iason.1.lect.n.72.vbi Crotus,nu.80. refert alios plures Authores huius sententiæ,& dicit esse communem quam,& ipse sequitur. accedit ibi Ferdinandus Loazes in repetitione dicti §. diui. nu.
4 157.etsi non deficiant, qui cum Signorolo de homodeis Mediolanensi cons.21.alteram partem affirmatiuã teneant, in quibus fuit et Bald.in c.quæ in ecclesiarum,n.8.et in c.ecclesia sanctæ Mariæ,n.6.et 22.de constitut.et in c.Clericus,n.2.et 3.de Iudicijs.et alibi pluries.et Menoch.cons.800.n.23. lib.8.et cõs. 1000.n.34.lib.10.vbi minus bene pro hac opinione refert Crotũ et Loazes. d. §. diui. sed Signorolus,Bal.et reliqui sequaces passim ab omnibus improbãtur,et rectè in locis superius citatis. et tradit Couarru.regula possessor 2.par.§.4.n.8.et 9. Michael Crassus lib.2.commun. opin.verbo statutum, q.12.Io.Andreas Ancharanus,Butrius,Francus,et Felynus in c. fin. de immunit. eccles.in 6.et Imola in d.c.ecclesia,Federicus de Senis cons.85.
statuto

ſtatuto ciuitatis Peruſij, poſt Oldradum quem ibi refert: eandem ſententiam tenet Card. Zabarella in repetit. c. perpendimus, nu. 13. col. 5. verſ. ſi autem ſtatutum ſimpliciter prohibet. de ſent. excomm. eandem communem opinionem ſequitur Alex. d. §. diui. et de communi DD. in d. c. eccleſia n. 249.

5 Et probatur communis opinio negatiua. Primo, quia ad legem condendam eſt neceſsaria iuriſdictio legislatorum in perſonas, et res, de quibus lex diſponit, vt ſuperius probatum eſt, et tradit Menchaca de ſucceſſionum creatione lib. 1. §. 10. n. 651. Fortunius de vltimo fine Iuris ciuil. n. 158. et 160. planè laicus Princeps non habet hanc iuriſdictionem in Eccleſiam, et res, et perſonas eccleſiaſticas, vt habetur 10. diſt. per totam, et diſt. 96. per totam. c. decernimus 2. de iudicijs. c. nullus iudicum 2. de foro competenti. et dicemus latius infra in 3. qualit. iuſtæ legis, ideoq. ſtatutum, ſeu lex laica, quæ de his aliquid diſponit, eſt nulla c. quæ in eccleſiarum 7. cap. eccleſia ſanctæ Mariæ 10. ibi, *quod laicis, etiam religioſis, ſuper eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis nulla ſit attributa facultas.* de cõſtitution. et in c. cum laicis 12. quod eſt vltimum de rebus eccleſiæ non alienandis. ibi, *cum laicis, quãuis religioſis, diſponendi de rebus eccleſiæ nulla ſit attributa poteſtas*: c. fin. de immunit. eccl. lib. 6. tũ ſic laici, etiam ſi velint non poſſunt quidquám de his rebus, et perſonis eccleſiaſticis, et eccleſijs ſtatuere; ergo generalis diſpoſitio, ſeu ſtatutum prohibens alienationem immobilium fieri in non ſubeuntem onera, non compræhendit eccleſias, nec perſonas eccleſiaſticas ex mente, et poteſtate ſtatuentis. Nam nunquam diſponentes cenſentur eligere viam, per quam actus ſit nullus l. 3. ff. de teſtam. milit. cum latè adductis a Menochio de præſumpt.

7 Secundo, quia ſi compræhenderentur prædictæ perſonæ, et eccleſiæ, ſtatuentes committerent delictum contra libertatem eccleſiaſticam, et vſurparẽt eccleſiæ iuriſdictionẽ, inciderentq. in ſenten. excommun. ipſo iure c. nouerit 44. §. nec non. de ſent. excomm. et in Bulla Cœnæ Domini: ſed in dubio non eſt præſumendum, quemquam delinquere voluiſse l. merito ff. pro ſocio.

8 Tertio, quia generalis diſpoſitio nunquam ſe extendit ad ea, quæ prohibita ſunt, vt in c. ſi compromiſsarius de elect. et in ſpecie docet Ioannes Monachus in c. vt animarum, verbo ſta-

tutum

ſitum de conſtitution.in 6. quod eſt notabile verbum per Butrium in c.eccleſia ſanctæ Mariæ in fine.
9 Quarto quia ſtatutum generale, ad illicita non porrigitur; nec ea comprehendit, quæ non veniunt in generali ſermone c. veniens c. quintauallis de iureiuran. l.ſi procurator §. Cælſus, de conditione indebiti.
Quinto,quia ſtatutum nõ trahitur ad id,quod ſpecifice fieri non poteſt,vt agendo de ſtatuto laicorum, quod non comprehẽdat clericos,docet Bart.in l. ſiquis ſub conditione,in fine de condit.Inſtit.Bal. in l. fin. §. in computatione, C. de iure deliberan.Decius c.eccleſia ſanctæ Mariæ n.199.qui allegat textum in c. a nobis, el prim. 21. de ſenten.excom. vbi,generalis excomunicatio non ligat niſi ſubditos proferentis.
10 Sexto quia ea,quæ notabilia ſunt, niſi ſpecialiter notentur neglecta videntur, vt in l.item apud Labeonem 15.§.hoc edictum ff.de iniurijs,ibi, *ea enim quæ notabiliter fiunt,niſi ſpecialiter notentur,videntur quaſi neglecta*,quod nos proſecuti latè ſumus in reſponſo pro Petro Meſſia de Prado, nepote noſtro ex ſorore, vnde dicunt eleganter Ioann. Andreas, & Canoniſtæ in d.
11 c.fin.de immunit.eccleſ.quod Iudex eccleſiaſticus poteſt compellere per cenſuras ſtatuentem,& declarat quod in illo generali ſtatuto,non ſunt comprehenſi clerici, nec eccleſiæ; quia & ſi non de iure, de facto tamen impediretur eccleſiarum authoritas,& iuriſdictio,ſi non fuerit facta declaratio,& idem tenet Butrius in c.eccleſia ſanctæ Mariæ ad finem, & ibi Abb. n.13. in fine,Imola n.11.& iſtam opinionem ſequitur Alex.§.diui n. 2.& ibi Iaſon,& Ripa; & iuſta eã reſoluit Thomas Grãmaticus deciſ.100.n.18. & 19. quod ſtatutum, prohibens adduci vinũ extra ciuitatem,non comprehendat clericos,& idem de ſtatuto prohibente, ne ciues portent frumentum ad molendina extra ciuitatem,quod non comprehendat molendina eccleſię vel clericorum,quæ ſunt extra ciuitatem,& eſt communis opinio,vt teſtatur D.Couarruuias in regula poſſeſſor,2. part. §.4. n.8. & cum ſit hæc opinio pro religione, & eccleſijs,amplectẽda eſt, vt in l.ſunt perſonæ 43. in fine, de religio. & ſumptibus funerum.

12 Sed cum in iure nullum sit mendacium, quod non habeat Authorẽ, hominesq. faciles sint ad dissentiendum, non defuere Authores, qui contrariam opinionem defenderint, & dicant
13 quòd est sustentabilior, quam communis opinio, quos superius adduximus; pro qua cõtra communẽ adducit quindecim fundamẽta Signorolus de Homodeis d.cons. 21. a n. 10. a quô aliqua sumpsit Bald. d.c. quæ in ecclesiarum, & in locis superius relatis, & tacito Signorolo, transcripsit addendo alia duo Barbatia in repetitione rubricæ de rebus ecclesiæ non alienã. a n. 174 & a dicto Barbatia, & tacito; mutuatus est Ambrosius de Opizonibus in repetit. l. filius familias §. diui a n. 95. cum tamen ipse viderit Barbatiam, vt constat ex n. 94. dum agit de l. libertas ff. de statu hominum.

Hi enim Authores, vt delitias artis ingenio ludant, insurgunt contra piam communem, & veram opinionem, & de opi-
14 nionibus Barbatiæ dicit Rodericus Xuarez in l. 1. tit. delas ganancias del marido y dela Muger lib. 3. fori n. 44. *quod motiua Barbatiæ maturè considerata sunt debilia, & consulo iudicibus, vt non ante oculos, immò post terga semper opiniones eius relinquant. Vanæ enim cogitationes hominis sunt. famosus vir fuit. copiosus, & tamen volens singularis demonstrari vitio iactantiæ, & inanis gloriæ, atq. famæ profert in sua lectura infinita, quæ conscientiæ, & famæ suæ consultius fuerat illa tacuisse*; quæ sententia Roderici Xuarez, optimè confert ad opinionem Barbatiæ, de qua agimus, quam si vidisset Rodericus, sine dubio magis insugeret contra Barbatiam.

Nec quidquã facienda est opinio Signor. & Bald. commu-
15 niter improbata, & habẽs contra se rationes naturales diuinas & humanas, & de hac opinione dici potest, quod scribit Franciscus Connanus in Commentarijs iuris ciuilis lib. 1. c. 1. n. 5.
16 *Simia semper est Simia, etiam si purpura induatur (sic inquit) & iniquitas semper est iniquitas, & si aliquorum authoritate similitudinem quandã speciẽq. gerat iustitiæ.* Hactenus Connanus. Et huic opinioni nullatenus est deferendum contra veritatem, cui omnia cedunt, vt in l. 1. §. sed nec C. de veteri iure enucleando, & in c. consuetudo 8. distinct. & habetur exodi c. 23.

§. Quar-

§. Quartus. Qui agit de 2. Quæstione.

SVMMARIVM.

1 Ponitur 2. quæstio in specie de legibus Venetis, quando sit prohibitio specifica de clericis, & ecclesiis.
2 Veritas disputata magis elucescit, & est veluti aromata.
3 Ponitur pars affirmatiua pro validitate statuti, & allegantur Doctores huius partis.
4 Fundamenta restringuntur ad duo capita: Primum quod Princeps habet iurisdictionem: Secundum quod non sunt contra libertatem ecclesiæ.
5 De primo capite, quod disponit de rebus clericorum, & dat formam contractibus, & potest illos inhabilitare.
6 Potest Princeps limitare facultatem testandi.
7 Quod ratio condendi dictas leges Venetas, fuit ne Respub. debitis tributis fraudetur, non vero odium clericorum, & licet clerici damnificentur, id fit ex consequentia.
8 Clericus contrahens cum laico, debet seruare leges laicorum.
9 Quod dictæ leges non sunt nouæ, refertur lex Valentiniani, & Gratiani, Theodosii, & Archadij.
10 Aliqui Principes Christiani, Collegijs quicquam relinqui prohibuere.
11 Virgines Vestales non succedebant ab intestato.
12 Refertur nouella Romani Imperatoris.
13 Alia lex Nicephori Phocæ.
14 Alia lex eiusdem Nicephori de ecclesiis non ædificandis de nouo.
15 Dictam legem innouauit Manuel Comnenius.
16 Alia lex Iustiniani, ne bona emphyteothica in ecclesias transeāt. Et idem de feudis.
17 Lex ammortizationis apud Gallos vsu recepta.
18 Lex Mauritij, quæ prohibebat milites monachos fieri, & Iulianus Apostata statuit, & Carolus Magnus, quod nullus nobilis sine Regis licentia monachus fieret.
19 Sicut ecclesia potest probibere, ne res suas sine certa solemnitate alienentur: sic, & Princeps laicus.
20 Quod dictæ leges non sunt contra libertatem ecclesiæ, quia non disponunt de bonis quæsitis ecclesiæ, sed de quærendis.
21 Valet statutum, quod ecclesia non possit præscribere bona quærenda de nouo.
22 Doctrina Bartoli l. rescripto. §. sciendum de muner. & honor.

23 *Quod dicta leges non impediunt omnino acquisitionem, sed in parte, vbi de statuto prohibente portari arma, & vendi fundum in confinio positum, vel domum, qua est ad vtilitatem publicam.*

24 *Quod quando lex parum ladit, non est contra libertatem ecclesiasticam.*

25 *Statutum, quod dat formam, & modum contractibus laicorum, non est contra libertatem ecclesia.*

26 *Per pactum, & statutum potest probiberi alienatio in ecclesiã, & per sententiam iudicis potest probiberi alienatio.*

27 *Testator legando fundum ecclesia potest pracipere, quod pro dicto fundo ecclesia soluat gabellas.*

28 *Quod dicta leges sunt pro bono publico, ideo ligant ecclesias, & clericos.*

29 *Ius ferendi leges pro bono publico ad seculares spectat, non ad ecclesiasticos.*

30 *Vbi adest publica necessitas, aut vtilitas, cessat libertas ecclesiastica.*

31 *Clerici sunt membra Reipublica, & gaudent priuilegijs ciuium, & ibi declaratur lex, liber homo ad legem Aquiliam.*

32 *Tributa sunt Reip. nerui.*

33 *Per pradictas leges clerici prouocantur ad melius opus subuentionis pauperum.*

34 *Quia per leges non violantur priuilegia, licet tollatur Ius commune, & facultatem contrahendi, & hoc non est contra libertatem ecclesia.*

1 AN lex prohibens, quod nullus ex subditis possit bona stabilia quocumque titulo in ecclesias, & personas ecclesiasticas alienare, sit iusta, & teneat.

Et quid si prohibitioni addatur, vt non possit fieri alienatio sine licentia Principis, aut Senatus, aut quod non fiat, nisi prius soluatur certa quantitas (etiam magna) ad rationem libræ: an ex dictis exceptionibus, & limitationibus iustificetur prædicta lex.

Quæstionem hanc subtilem, & disputabilem reputat Iason. in l. filiusfam. §. diui nu. 72. de leg. 1. Quid de ea dicat Angelus, & quid confessores debeant Principibus consulere, diximus supra in 4. præmisso.

Modo dico eã inuolutè, & intricatè esse a Doctoribus tra-

ctatam,

ctatam, simul cum præcedenti quæstione, & quamuis ratione indagandæ veritatis liceat de ea disputare: non tamen fas erit discedere ab opinione, quæ fauet ecclesiæ & religioni, vt in l. sunt personæ de religiosis, & sumpt. funerum, & in c.fin.de re iudicata, maxime iudicando, & consulendo, vt in specie do-
2 cet Iason.d.§.diui.nu.82.sed vt per disputationem veritas magis elucescat iuxta dictum Bald. in l. precibus nu. 33. C. de impuberum, nam (inquit Castrensis) veritas est, veluti aromata, quæ quanto magis conteruntur, magis redolent. Castrens.cons.18.vol.1. quem sequitur Rolandus a Valle cons. 1.nu.1.vol.4.

3 Pro parte igitur affirmatiua (quod huiusmodi lex, seu statutum sit iuridicum, & validum) stant Iacobus Butrigarius in Auth. cassa, & irrita C. de sacros. ecclesi. & in l. assiduis C. qui potiores in pignore habeantur. & Signorolus de Homodæis cons. 11. vbi pro hac opinione adducit 15. fundamenta a quo nonnulla desumpsit Bald. in c. quæ in ecclesiarum (vt diximus) nu.8. & in c. ecclesia S. Mariæ nu.6. & 22. de constit. vbi etiam Decius affert aliqua fundamenta, idem Bald. in c. clerici nu.2. & 3. de iudicijs, Riccardus de Salyc. in repet. l. 1. C. de sacrosan. eccles. & Iaso ponit 7. fundamenta in d. §. diui nu. 75. disputationis gratia, & eam sequuntur, alij Doctores relati a Tiraqu. de retract.linagier. §.1. verbo l'achepteur glo.13.nu.5. in fine, & fundamenta Signoroli eo tacito, additis duobus alijs fundamentis desumpsit. Andreas Siculus in repetit. rubricæ de rebus ecclesi. non alienan. a nu. 184. & non relato Barbatia Ambrosius de Opizonibus in repet.d.§. diui. a nu.95. qui tamen vidit Barbatiam, vt constat ex nu.94. vbi meminit cuiusdam moderni, sed idem Barbatia nu.138. sentiens difficultatem suæ opinionis submittit se determinationi ecclesiæ.

4 Fundamenta, quæ pro hac opinione adducuntur restringi possunt ad duo capita. Primum, quod Princeps secularis habet iurisdictionem, & potestatem ferendi huiusmodi leges. Secundum, quod hæ leges non sunt contra libertatem ecclesiasticam; immo præbent causam, & occasionem, vt ecclesiæ,

monasteria, & ecclesiasticæ personæ possint in melius opus, pecuniam suam erogare. Primum caput habet duo fundamenta.

5 Primum, quia disponit de laicis, & rebus secularibus sibi subditis, & dat formam contractibus laicorum de rebus stabilibus qualiter fiant.

Probatur hoc primum fundamentum, quod licet commercia sint de iure gentium, vt superius diximus, tamen arctari possunt per ius ciuile, quod potest inhabilitare subditos ad contrahendum, inducendo nouam formam contrahendi: vt docent Bald. & Signorolus in locis supra citatis, & idem Bal. in l. cunctos populos nu.24.C.de summ.Trinit. Io.Andreas, & Canonistæ in c.fin.de immun.eccl. in 6. & in c. quæ ecclesiarū, et c.eccles.S.Mariæ de const. legistæ in l. filiusfam.§.diui.de leg.1. vbi Alex.nu.12.Iason 75.Loazes in repet.n.157. et 158. Ioannes Crotus in repet.nu.82. et 83. et probatur in l.vnica C. ne liceat habitatoribus Metrocomiæ, loca ad extraneum transferre tit.55. lib.11. Codicis, et in l.fin. C. de fundis limitrofis eodem lib. et in l.fin.C. de fundis rei priuatæ tit.65.eodem lib. et habetur in toto tit. C. quæ res vendi non possunt, et in l. mercatores C. de commertijs, et mercat.

6 Potest etiam Princeps limitare facultatem testandi, vt in l. Falcidia toto tit.C. et ff. et in l.verbis legis de verb.signif. his enim casibus lex disponit de rebus secularibus, et laicis sibi subditis, et super proprio territorio, nec tenetur pati, quod iura fiscalia diminuantur; nam vera charitas, quæ est de iure naturali, et diuino incipit a se ipso, vt in l. præses C. de seruitutibus, et aqua, et tradit Bald. in c. Ecclesia S. Mariæ nu. 6. et sic non deficit iurisdictio in disponente, et quia deficiente malo animo et intentione, non committitur sacrilegium formaliter, sed materialiter, et ita non peccat mortaliter; nam quod est per accidens alienum est ab arte, et cura, vt docet Caietanus verb. excom.c.31. vers.6.

7 Potuerunt igitur Domini Veneti ferre dictas leges prohibentes laicis facultatem contrahendi, & testandi nisi de licentia Principis; ne Resp. debitis tributis defraudetur, si bona in

eccle-

ecclesiam, et ecclesiasticos transeant, et hæc fuit principalis intentio condendi dictas leges; non verò odium ecclesiastici ordinis; nam cum opus fuerit, fieri alienationem, Dux et Senatus suum assensum impartientur, vt obseruat Ioannes Dried. de libertate Christiana lib. 2. cap. 3. et cum hoc sit quod principaliter attenditur in dictis ll. id spectandum est; non verò quod inde lucrum non capiant clerici, cum id sit accessorium, et ex consequentia l. 1. de off. Prætor.

Plane quando lex ciuilis inhabilitat aliquem laicum ad
8 contrahendum, vel dat formam contractibus laicorum, tunc si clericus cum laico contrahat, et velit illum sibi obligari, debet obseruare formam a lege præscriptam; alias nec laicum sibi obligat, nec ipsi laico obligatur, hoc planum fit, in alienationibus rerum immobilium minorum, vt in tit. C. de prædijs, et alijs rebus mino. sine decreto non alienan. vel obligan. et in toto tit. ff. de rebus eorum, nec sine decreto prætoris transit dominium in emptorem l. si prædium 16. d. tit. C. de prædijs mino. Similiter si lex prohibeat; ne vxor maritata possit contrahere sine consensu propinquorum, vel mariti, vt in legibus connubialibus tradit Tiraquellus, et nos habemus legem 55. Tauri, clericus contrahens cum muliere, tenetur illam obseruare solemnitatem: erit et aliud exemplum. si lex prohibeat venditionem fieri, nisi prius fiat proclamatio, vt appareat, an aliquis velit contradicere, si clericus emat a laico, debet eam solemnitatem obseruare, sine qua laicus obligari non potest. Et idem si lex præcipiat testamentum publicari, alias sit nullũ clericus institutus a laico debet obseruare illam solemnitatem vt post Card. Zabarell. Abbat. Salycet. Alberic. et Romanum, tradit Decius in c. ecclesia sanctæ Mariæ a n. 254. versic. secundus casus, vsque ad numerum 262. vbi Abb. in reper. a nu. 43. cum tribus sequentibus, et ibi Felynus 8. quæst. Alciatus Auth. cassa n. 13. C. de sacros. eccles. et tradunt Hispani in d. l. 55. Tauri.

9 Nec huiusmodi leges videntur esse nouæ, nam Valentinianus, et Gratianus prohibuerunt, ne ecclesiastici ingrederentur in domũ Viduarũ, et pupillorum, quod si fecerint, nihil capere possint

sint ex testamento, aut donatione illorum l. ecclesiastici 20. tit. 2. de Episcopis, et ecclesijs, et clericis lib. 16. C. Theodosiani, quæ lex deinceps fuit ampliata, et extensa ad diaconissam, quæ liberos habet, vt nullam ecclesiam, nullum clericum, nullumq. pauperem hæredem inscriberet, ita statutum fuit a Valentiniano Theodosio, et Arcadio Mediolani, vt habetur in l. nulla d. tit. 2. lib. 16. Codicis Theodosiani.

10 Nonnuli etiam Principes Christiani collegijs Christianorũ quicquam relinqui prohibuere; docet Iacobus Cusacius lib. 7. obseruationum c. 7.

11 Vestales quoque Virgines non poterant succedere, neq. hæreditatem capere ab intestato, vt tradit Aulus Gellius lib. 1. noctium Atticarum c. 12. in fine.

12 Et Imperator Romanus Senior in nouella de prædiorum acquisitione c. 1. (vt habetur in nouellis collectis per Dionisium Gothifredum post Codicem Iustiniani) is (inquam) Romanus sanciuit, vt Episcopi, et clerici, et Magistratus, et Patricij, et dignitatibus insigniti, immobilia ne acquirant emptione, donatione, aut alio quouis modo, sub pœna amissionis pretij, et sumptus facti in rebus immobilibus emptis, aut acquisitis.

13 Nicephorus Phocas Imperator, legem etiam tulit ne ecclesiæ prædijs locupletentur, reuocauitq. donationes factas templis, et monasterijs, a quibuscumque Imperatoribus; sub prætextu, quod Episcopi male expendebant ea, quæ pauperibus darentur, hæc constitutio habetur in constitutionibus Imperatorijs collectis a Gothifredo post nouellas Iustiniani nouella 4. Nicephori, quæ incipit, præterea ad officium assidue veniens.

14 Idemq. Nicephorus prohibuit nouella 5. incipiente, *Imperatoris, ac nouo non esse construenda monasteria, vel xenodochia, vel nosochomia, vel alia sancta, & religiosa loca, sed eorum quæ sunt, curam geri oportere: statuitq. vt nemini liceat nec loca, neq. agros ad monasteria, vel gerochomia transmittere, sed neque ad Metropolim, vel ad Episcopatum.*

Neque enim illis est hoc conducibile, si qua autem prædicta, &

reli-

religiosæ domus, vel Episcopatus, & monasteria, adeo malam administrationem, & prouidentiam, sortitæ sunt, vt locis priuatæ destitutæq. sint; ijs sententia, & examinatione imperatoria, eorum, quæ sufficiunt acquisitio, non prohibebitur. Cellas autem, & quæ appellantur lauræ, in desertis ædificare, quæ non ad possessiones, & agros alienos extenduntur, sed solum monastico ambitui seorsum præstituuntur, tantum abest, vt volentibus prohibeamus, vt etiam in magna laude ponamus. Hæc sunt verba legis Nicephori.

15 Hanc constitutionem innouauit Manuel Comnenius Imperator, lege lata, de non augendis monasteriorum latifundis, & cum amplissimum ædificaret monasterium; ne possessionibus, & negotijs turbaretur tranquillitas monachorum, ita vt ex cultu Dei exciderint, noluit illis assignare vineas, agros, & possessiones, quas eorum professio non admittit; sed ex fisci redditibus, tantum illis pendi iussit, quantum ad victum, & cultum, opus esset; vt tradit Niceta Chonieta libro 7. rerum gestarum ab Imperatore Manuele Comnenio.

16 Iustinianus quoque Imperator sanciuit ne bona emphyteothica in ecclesiam, aut monasterium transeant, vt in Auth. de alienatione emphyteosis §.1.

Iure etiam feudorum idem statutum est, vt feudum non possit alienari in ecclesiam, aut causam piam, nec pro anima, vt in c.1. §.1. qualiter olim poterat feudum alienari tit. 9. lib. 2. feudorum, & in c.1. ibi, *vel pro anima iudicare, sine permissione illius domini, ad quem fundum spectare dignoscitur* tit. 55. de prohibita feudi alienatione per Federicum lib. 2. feudorum.

17 Similiter apud Gallos adest lex ammortizationis, qua bona stabilia prohibentur alienare in manum mortuam absque Principis licentia, & certa pecunia soluta, quam legem vti iustam defendunt Galli, in copiosissimis tractatibus de ammortizatione, & de Iure Regaliæ, vt per Arnulphum Ruzeum, & Petrum Pechium de ammortizatione, & Carolum de Grasalis in libro Regalium

Franciæ, & per Copinum de domanio Regis Franciæ.

18 Nec in prohibitione acquisitionis bonorum stabilium prędictæ leges extitere; verum, & de personis, quæ Dei, sacras Religiones, ingredi cupiebant: legem etiam sancierunt. Mauritius enim Imperator anno Domini 592. legem tulit, qua prohibebat, ne quis miles nondum expleta militia monachus effici posset; exhaustum enim cum videret Mauritius Romanum exercitum, totq. prælijs esse cõsumptum, omne quod valuit remedium integrandæ militiæ, excogitauit; quam legem misit ad Gregorium Papam, vt tradit ipse diuus Gregorius lib. 2. epist. 62. & 65. Indictione 11. & refert Illustriss. Cardinalis Baronius tom. 8. Annalium Ecclesiasticorum, 592. 593. quam legem antea, impius Iulianus Apostata tulerat, vt docet Illustriss. Cardin. dicto loco anno 593. Imperij Mauritij 8. eamdem legem tulisse ex post facto Carolum Magnum, vt nullus nobilis absque Regis licentia monasticũ habitum sumere valeret Galli testantur.

19 Secundum fundamentum, quo nituntur probare, quod Princeps secularis habet potestatem condendi has leges, est; nam sicut ecclesia potuit prohibere, ne res ecclesiasticæ sine certa solemnitate in laicum alienentur, ita & Resp. poterit prohibere alienationem rerum suorum subditorum, ne fiat in ecclesiam, vel clericum, ne Respub. ex dicta alienatione damnum patiatur, & cum ecclesia sit cultrix iustitiæ pati debet, quod Resp. eodem iure vtatur, ad titulum, quod quisque iuris: Resp. enim æquiparatur ecclesiæ, vt in l. fin. C. de sacrosan. eccles. nec tenetur Resp. rerum suarum diminutionem pati: quod argumentum prosequuntur Signorolus, Bald. & sequaces in locis superius citatis, & ita potest ab emptione aliquem prohibere l. in quorum 24. ff. de pignor. hæc de primo capite.

20 Secundum caput ad quod reducuntur argumenta aduersariorum, est, quod hæ leges non sunt contra libertatem ecclesiasticam: quod nituntur probare ex sequentibus. Primo; quia non disponunt de bonis quæsitis ecclesiæ, sed de quærendis, & diuersa causa est, quod quis damnum patiatur in

quæsi-

quæsitis, vel quod remoueatur a lucro in quærendis, vt in l. Titio centū 71. §. Titio centū 1. & 2. & ibi notat Bal. de condit. & demonstr. alia est enim ratio damni, alia lucri, vt in l. fin. §. licentiam C. de iure deliberan. pro qua opinione facit do-
21 ctrina eiusdem Baldi in rubrica de constitution. nu. 10. vers. quæro an valeat statutum, quod forenses, vel ecclesia nullo tempore possint præscribere, ne ciuitas perdat datia, & collectas: & dicit Bald. quod valet dictum statutum in quærendis non in quæsitis, idem Bald. cons. 11. inter consilia Ancharani, Andreas Siculus Barbatia cons. 1. col. 4. lib. 3. accedit Decius in cap. Ecclesia S. Mariæ num. 240. de constitution. & alij, qui sequuntur opinionem Baldi, de quibus supra, & facit doctrina Bart. in l. rescripto §. sciendum nu. 5. de munerib. &
22 honor. vbi dicit non posse fieri statutum, vt bona iam quæsita ecclesijs, vel clericis grauentur tributis: bene tamen poterit fieri pro prædijs, & bonis quærendis. quem sequuntur alij relati a Tiraquel. de iure primogeniorum, q. 43. nu. 9. & Iason §. diui, nu. 78. quod idem agnoscit Card. Zabarella quando fieret hoc statutum bona fide, in repet. c. perpendimus num. 13. in fine de sentent. excomm. Dried. de libert. Christiana lib. 2. c. 3. in fine. Hieron. Zauallus practicarum quæst. communium, contra commun. q. 142.

23 Secundo, quia dictæ leges non impediunt omnino ecclesijs omnium rerum acquisitionem, nec in totum adimunt facultatem acquirendi, sed respectu certarum rerum, nempe stabilium argumento text. in l. in hoc iudicium 14. §. si conueniat ff. communi diuidundo, & in l. nulla 70. ff. pro socio, ibi *nulla societatis in æternum coitio est*, & in specie huius difficultatis in c. eos de immunit. eccles. lib. 6. ibi *ne Prælatis, aut clericis quidquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem*, vt est, si statum prohibeat arma alienari in non subditum, vel fundos in confinio positos, vel quod aliqua domus alicuius particularis, quæ est destinata ad aliquem vsum Reipub. prohibeatur alienari, in non subditum, a quo non possit fortè conduci, in vsum publicum; nam in his casibus non potest fieri alienatio in ecclesiarum, vt docet Card. cons. 144. super themate, & in

repet.c. perpendimus, de sent. excom. a nu. 13. Felyn. in d.c. ecclesi a nu. 102. & 114.

24 Tertio, quia prædictæ leges parum incommodum afferunt ecclesiæ, cum possint acquirere bona mobilia, & quando lex parum lædit ecclesię non dicitur esse contra libertatem ecclesiasticam, cum de minimis non curet Prætor, vt in l. scio, ibi *propter satis nimiam rem, vel summam* ff. de in integrum restit. & in l. si quis affirmauerit 9. ff. de dolo, ibi *minimam esse hæreditatem,* & in l. res bona fide 54. ff. de contrah. empt. ibi *res bona fide vendita propter minimam causam in empta fieri non debet*, & in l. 2. vers. minus, & in l. si voluntate 8. ibi *paulo minori pretio*. C. de rescinden. vendit. & sic volunt limitare iura canonica, quæ disponunt quod statuta laicorum, quæ nocent ecclesijs, sint nulla, vt non procedant quando parum lædunt, quam limitationem assignant DD. in c. cum ecclesiarum, & c. ecclesia de constitution. & in d. c. fin. de immunitate: repetentes in d. §. diui, vnde dicunt Signorolus, & Bald. & sequaces, quod statuta, quæ prohibent fieri alienationem immobilium in ecclesiam, parum lædunt ecclesiæ, ac proinde valent.

25 Quarto, quia statutum, dans formam cōtractibus laicorum, non dicitur esse contra libertatem ecclesiæ; nam adhoc Princeps secularis habet iurisdictionem, vt modo dictum est in 1. capite. At lex, quæ prohibet alienationem immobilium in ecclesiam sine licentia Principis, non prohibet omnimodam alienationem, sed sub certo modo, & forma, & sic non est cōtra libertatem ecclesiasticam, docet Federicus de Senis cons. 85. vers. quæritur numquid.

26 Quinto, nam per pactum prohiberi potest, quod bona alienentur in ecclesiam, aut personam ecclesiasticam; glo. in l. si ita quis §. ea lege, verbo interest, & ibi Castrensis, & DD. ff. de verbor. oblig. & in l. fin. C. de pact. inter emptor. & vend. vbi valet pactum, ne fiat cappella in fundo vendito, vbi Bald. & in l. ea lege C. de conditione ob causam, tex. in l. sed si pupillus 11. §. conditio vers. item si plures ff. de institoria actione, ibi *item si plures habuit institores, vel cum omnibus simul*

contrahi voluit, vel cum vno solo: sed si denuntiauit cui, ne cum eo contraheret: non debet institoria teneri. Nam, & certam personam possumus prohibere contrahere, vel certū genus hominum, vel negociatorum, vel certis hominibus permittere: Et valet argumentum a pacto ad legem, seu statutum: vt quod per pactum fieri potest, & per legem, seu statutum quoque possit fieri. Quo argumento vtitur glo. in rubr. C. de Decurionibus lib. 10. & in l. generaliter C. de fideiussoribus, & in c. penult. de consuetudine lib. 6. & prosequitur Euerardus in topycis legalibus, loco a pacto ad statutum, & idem in prohibitione testatoris disponentis ne fideicommissum ad ecclesiam, vel personam ecclesiasticam perueniat, vt de communi docet Couarr. lib. 1. resolution. c. 19. n. 11. Molin. de primog. Hispano. c. 12. n. 54. idem enim non fit odio religionis, aut ecclesiasticorum, sed vt in familia, bona conseruentur, vt in l. peto. 69. §. fratre, & in l. cum pater 77. §. libertis de legat. 2. & valet argumentum a testatore ad legem, vt in Authen. de Consulibus §. fin. & in c. quæ contra mores 8. dist. testator legando fundum ecclesiæ potest præcipere, vt ecclesia soluat gabellam. Ancharanus consi. 213. dubium facit, & Felyn. d. c. ecclesia num. 84.

27 Eadem prohibitio fieri potest sententia iudicis, vt in l. cum quasi 30. §. si plures ff. de fideicommiss. liberta. & in l. si sciens emam ab eo. 26. de contrahenda emptione, ibi, *si sciens emam ab eo cui bonis interdictum sit, vel cui tempus ad deliberandum de hæreditate ita datum sit, vt ei diminuendi potestas non sit; dominus non ero.* Et in cap. Raynaldus 18. de testam. ibi *taliter arbitrati fuerunt, quod neutra pars haberet licentiam transferendi quocumque modo res prædictas.* Et licet glos. ibi verbo, *neutra pars*, dubitet circa arbitramentum de quo ibi, & dicat quod nihilominus possunt alienari illa bona, quia sententiæ arbitri non paretur nisi metu pœnæ, tamen hæc dubitatio cessat in sententia iudicis, cui parere necesse est.

28 Sexto, quia prædictæ leges Venetorum statutæ sunt in cōmune bonum totius Reip. ne collectis, & tributis defraudetur;

si bona

si bona in ecclesias, & clericos, qui tributa non soluunt alienétur, cui morbo Resp. tenetur obuiare, aliàs non esset sibi benè consultum, si pro tuenda salute Reipub. non posset leges proferre; vt per Victoriam in relectione de potestate ciuili relect. 3.

29 Ius autem ferendi has leges pro bono publico, non ad Episcopum, aut alios Iudices ecclesiasticos, sed ad Principes seculares spectat, vt testantur Ioan. Dried. de libertate Christiana lib. 2. c. 1. Pater Dominicus Soto li. 1. de iust. & iur. q. 6. ar. 2. & Molina de iust. & iur. dispur. 31. conc. 6. Illustr. Card. Bellar. Controuer. lib. 3. c. 6. quæ leges ad earum obseruationé, & laicos, & clericos tenent, vt per DD. in c. quæ in ecclesiarum, & in c. ecclesia S. Mariæ, de constit. & in c. peruenit, & in c. nô minus, de immunitate ecclesiarum, & in c. 1. de noui operis nunciat. & in c. si adiutorium 7. & in c. quoniam 8. 10. dist. tradit Bart. in l. 1. vt nemini liceat ab empt. speciérum se excusare lib. 10. & in l. cunctos populos nu. 28 de summ. Trinit. Ripa in tractatu de peste tit. de remedijs ad conseruandam vbertatem n. 234. Tiraquellus de retractu l. inagier §. 1. verbo l'Achepteur

30 glos. 13. n. 4. Couarr. in practicis quæstion. c. 33. n. 7. Victoria in 1. relect. de potestate ecclesiæ sect. 7. n. 4. & inquit Andreas de Isernia in c. 1, §. illicitas n. 36. de pace, & iuramento ~~feruan.~~ quod vbi vtilitas, aut necessitas publica exigit, non seruatur immunitas ecclesiastica: & accedit ibi afflict. n. 23. & idem agnoscit Petrus Anchar. in c. nouimus n. 8. de immunit. eccles. & Octauianus Osascus in decisione Pedamontana 68. dubio

31 1. Sotus in 4. dist. 25. quæst. 2. ar. 2. conclus. 4. nam clerici (vt superius dictum est) sunt membra Reip. & priuilegijs reliquorum ciuium vtuntur, & vti membra tenentur ad conseruationem capitis. Vnde dicit I.C. in l. liber homo ad legem Aquiliam, *quod nemo est dominus membrorum suorum*, & ratio est, quia debentur Reip. vt copiosius explicauimus in schola Salamantina ad titulum de iust. & iur.

Vnde etiam dictæ leges Venetæ prohibentes alienationem, videntur emanasse ex bona intentione statuentium, vt per Ioannem Driedon. de libertate Christiana lib. 2. cap. 3.

nam

nam cum bona sint secundus sanguis, vt per glo. in l. Aduocati C. De Aduocatis diuersorum iudiciorum, & in tributis
32 esse Reipublicæ neruos, docet I.c. in l.fin.§. in causa tributorum ff. de quæstionibus, necesse est ea in Repub. conseruari.
33 Et quia prædictæ leges adeò sunt in publicam causam, vt clericos & ecclesias prouocent ad melius, nempè ad subueniendum pauperibus, cum nõ possint pecunias erogare in emptionem prædiorum, ac proinde non videntur esse contra libertatem ecclesiasticam l. 1.§.cuius merito, ibi, *bonos non solum metu pœnarum, verum etiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes*, & in l.2.ibi, *sed pauperibus fideliter erogari*. C.de Episcopali audientia, & in toto tit.C. ne clerici, vel monachi.
34 Septimo, quia per prædictas leges non tolluntur aliqua priuilegia ecclesijs, vel clericis, siquidem contrahendi, aut emendi facultas, non est priuilegium clericorum, sed ius commune omnibus concessum planè dispositio, quæ tollit facultatem contrahendi, aut acquirendi non est contra libertatem ecclesiasticam; sed ea, quæ tollit priuilegia ecclesijs concessa, inter quæ non est hæc facultas acquirendi, cum potius sit ius commune, vt tradunt Innoc. in c. nouerit 49. de sentent. excomm. Io.Imola in c. nouit de iudicijs nu. 2. & ibi Abb. n. etiam 2, idem Abb.in c.Ecclesia S.Mariæ, & ibi Decius nu.6. Bart. in l.cunctos populos nu.28. de summ.Trinit. & in l.1.§. quæ onerandæ, quarum rerum actio non detur. Card. in repetitione cap. perpendimus num. 12. & 13. de sent.excomm. Alexan.cons.209. num.3. & 5. lib. 2. Socinus cons. 55. Viso decreto lib. 1.

---

§. *Quintus in qua agitur de opinione vera, & cõmuni contra Signorolum.*

S V M M A R I V M.

1 *Omnia fundamenta huius partis reducuntur ad tria fundamenta. Primum ex authoritate Doctorum. Secundum, quia*

non

non habent iurisdictionem. Tertium, quod dicta leges sunt contra libertatem ecclesiasticam,
2 Referuntur Authores huius nostræ sententiæ.
3 Quando lex facit mentionem clericorum, est contra libertatem ecclesiæ.
4 Quando lex procedit prohibendo, vetando, & dando formam in agendis per clericos, est contra libertatem ecclesiæ.
5 Obseruantia dictarum legum denotat superioritatem in clericos & ecclesias
6 Statutum tollens monachis ius succedendi non valet.
7 Testator non potest hæredem clericum instituere cum conditione vt pro legato coram Iudice seculari compareat.
8 Agitur de opinione Bartoli in l. Rescripto §. sciendum de muner. & honor.
9 Contra statutum Paduæ. prohibens alienationem immobilium in non subditum.
10 De statuto, quod præcepit testamenta insinuari.
11 Non valet statutum prohibens legare pijs causis.
12 Quod dictæ leges deficiunt ex defectu iurisdictionis, & ponderantur iura communia pro hac opinione.
13 Statutum puniens euntes ad molendina monachorum, & furnos, & de statuto contra consanguineos clericorum.
14 Etiamsi prohibeat lucrum, quod prouenit ex lege, vel contractu.
15 Quando statutum disponit de materia ad ecclesias spectante, quia hoc non pertinet ad laicos.
16 Lex secunda Veneta, quæ disponit ecclesiis non ædificandis, quod est proprium ecclesiasticorum.
17 Lex tertia Veneta procedit prohibendo, vetando, & puniendo, & ita vsurpat iurisdictionem ecclesiæ.
18 Lex 1.2.& 3. Venetorũ inducit inhabilitatem ecclesiæ, & clericis.
19 Quia per dictas leges. Resp. haberet superioritatem in ecclesias, & clericos.
20 Probatur, quod dictæ leges sunt contra libertatem ecclesiasticam.
21 Tollere ius quærendum est contra libertatem ecclesiasticam.
22 Statutũ tollens ius succedendi personis, quæ habentur pro mortuis
23 Referuntur Doctores ad hoc, quod statutum tollens lucrum sit contra libertatem ecclesiæ.
24 Statutum puniens offendentem non subditum.
25 Magis est contra libertatem ecclesiæ, quando tollitur ius commune, quam quando tollitur priuilegium.
26 Respondetur ad authoritatem Innocentij c. nouerit de sentent. excom.
27 Adducitur authoritas Diui Ambrosii.

28 *Ponderantur iura communia pro opinione, quod quando tollitur ius commune fit contra libertatem ecclesiasticam, & primo c. quæ in ecclesiarum,*
29 *Prosequitur ponderando d.c. quæ in ecclesiarum contra, Signorolum.*
30 *Adducitur tex. in c. ecclesia S. Mariæ de constitutionibus.*
31 *Infertur contra statutum Perusinum loquens de cessione actionis.*
32 *Prosequitur intellectus d.c. ecclesia.*
33 *Agitur de l. quod autem sexta, quæ in fraudem creditorum, & illi respondetur.*
34 *Rispondetur ad id quod dicitur, quod prælatus præiudicat in quærendis.*
35 *Leges Veneticæ inferunt damnum in quæsitis directò.*
36 *Sufficit, quod læsio fiat directò, aut indirectò, ecclesiis lædi dicitur c. quanto. de priuilegÿs.*
37 *Ponderatur tex. d.c. quanto.*
38 *Adducitur caput primum de immunit. eccles. lib. 6. & c. ea enim 12.q.2.*
39 *Agitur de tex, in c. fin. de immunit. ecclesiarum lib. 6.*
42 *Actus, & potentia sunt eiusdem naturæ.*
41 *Lucri ratio est habenda*
42 *Quando clerici efficiantur timidiores, vel deterioris conditionis.*

Sed his non obstantibus, prout verè non obstant, dicimus, quod dictæ leges DD. Venetorum sunt nullæ, & contra libertatem ecclesiasticam, Pontificiamq. authoritatem.

1 HOc autem probamus ex eisdem capitibus, quibus aduersarij nituntur probare contrarium.

Primo authoritate Doctorum communiter recepta

Secundo, quia DD. Veneti ad condendas dictas leges non habent aliquam potestatem, & iurisdictionem.

Tertio, quia sunt contra libertatem ecclesiasticam, & nimis iniuriosæ, indignæq. vt a tam graui, & catholica Repub. proponantur.

2 Primo probatur authoritate DD. Bart. dicto §. diui nu. 12.

qui licet loquatur quando statutum prohibet alienationem fieri in non subditum, vt non comprehendat ecclesiã, tamen ratio Bart. est, quia est contra libertatem ecclesiæ, quæ ratio magis vrget quando statutum expresse loquitur de ecclesijs, & clericis: in quem sensum, & ad nostram quæstionem adducunt sententententiam Bart. Alex. ibi. n. 11. & Iason. n. 82. & 83. & ista est communis opinio secundum Ripam, ibi n. 81. Crotum 88. Ambrosium de Opizonibus repet. n. 72. Ferdinandum Loazes n. 157. & dicit Iason n. 72. quod nemo scribentium discrepat ab opinione Bartoli. Bossius in tractatu crim. tit. de pœnis n. 43 Hieron. Zauallus practicarum quæst. communium contra cõmunes quæst. n. 142. Idem Bart. in l. cunctos populos nu. 28. C. de Summ. Trin. & in l. fin. nu. 18. C. de sacro Sanct. Eccles. idem Bald. sibi contrarius n. 4. dicit, quod hæc est veritas & quando statutum, vel lex loquitur specificè de ecclesijs, & clericis non valet. Angel. cons. 47. quidam Franciscus de florentia, cuius distinctio inter ecclesiam, & clericos displicet Alex. d. §. diui n. 11. & Zabarellæ in c. perpendimus de sent. excom. Ambro. de Opizon. dicto §. diui n. 83. & in iudicando, & consulendo esset durum obtinere contra opinionem Bart. quæ est magis communis, teste Iasone d. §. n. 81. licet opinio Baldi contraria possit disputando defendi; nam in dubijs opinionibus, vt superius dicebamus, pro ecclesia est iudicandum; & opinionem Bart. sequitur Menochius de recuperanda, remedio 14. n. 56. Capitius decis. 98. Franchis, decis. 411. Surdus decis. 20. & cons. 560
3 n. 11. lib. 4. & consilio: 301 à n. 11. lib. 3. Clarus lib. 5. §. fi. q. 82. versic. sed quæro, vbi dicit, *quod quidem multo magis procederet, vbi statutum prohiberet, specialiter in ecclesias, vel ecclesiasticas personas alienari; nam eo casu, diceretur expressè, contra libertatem ecclesiasticam; & ideò nil prorsus valeret*, & ita tenent omnes DD. in hac materia loquentes, vt dicit Cassaneus in consuetudinibus Burgundiæ fol. 314. n. 11. hæc Clarus, & tradit Horatius Carpanus in c. de collectis ver. in capitulo nu. 150. & quia est prohibitio personalis clericorum, quod sufficit, vt per Alciatũ in Auth. cassa n. 12. & 13. Decius d. cap. ecclesia n. 266. & hanc opinionem Bart. sequuntur magis communiter Canonistæ

ftæ in c.Ecclesia S.Mariæ, vbi Abb. in lect. in repet.num.4. & ibi Felyn.nu.89. Butrius in c. quæ in ecclesiarum col.5. vers. si quærimus, & vers. si autem loquimur, & ibi Imola,nu.3.idē Butrius, Abb. & Imol. in c. clericis, de foro compet. Decius d.c. ecclesia nu.24. & nu.174. & 245. & quod sit communis opinio Canonistarum & Legistarum, tradit Illustriss. Cardin. Tuschus tom.5.Pract.Conclus.Iuris lit. L. verbo libertas ecclesiastica concl.342.nu.88.videndus a nu.83.& D.Thomas 1.2.q.96. dicit *lex præiudicialis ecclesiis non tenet, nisi a Papa approbetur*, & Io. Andreas Ancharanus, Dominicus, & Franchus in c.fin.de immunit. ecclesiarum lib.6.& maxime quando talis lex procederet prohibendo, præcipiendo,& vetando,
4 seu certam formam in agendis per Clericum imponendo; nā non tenet illa lex secundum Io. de Lignano, vt testatur Lapus alleg.106. Abb. in c.Ecclesia S. Mariæ, in lectura nu.fin.& in c. inter alia de immun. ecclesiarum, vbi refert Innoc. in c. 1. de rebus ecclesiæ non alienan. & tradit Felyn.d.c.Ecclesia n. 38. & ibi Decius nu. 104. & 106. vbi dicit, *quod quando lex loquitur prohibendo, & præcipiendo, etiam in materia fauorabili non tenet, quia arguitur superioritas. siue lex loquatur specialiter de clericis, siue sit generalis non facta mentione clericorum*; nam vtroque casu militat eadem ratio ex defectu potestatis, quod obseruat Abb. ibi: *tum etiam, quia eius obseruantia denotaret su-*
5 *perioritatem legislatoris in clericos, & ecclesias*.

6 Et facit doctrina Bart. in l.fin.nu.4. C. de pactis, vbi dicit *quod non valet statutum tollens monachis ius succedendi, quia esset contra libertatem ecclesiasticam*, cuius opinio communis est teste Hieron. Cagnolo ibi nu. 178. Ripa in l. ex facto §. si quis rogatus,nu.39. ad Trebell. Zasius in l. stipulatio ista hoc modo concepta nu.38.ff.de verbor. oblig. Alex. cons.139.lib.2. Decius d.c. ecclesia nu.188. & est verior, & receptior opinio, teste Hier.Zauallos pract.qq.q.423.

7 Facit etiam, quod si laicus instituat hæredem clericum,& Titio centum leget; & disponat, quod hæres possit pro legato coram iudice seculari conueniri; huiusmodi dispositio non tenet, quia est contra ius publicum l. nemo potest.de leg.1. &

est contra libertatem, & iurisdictionem ecclesiasticam; cui clericus non potest renuntiare, c. si diligenti, de foro compet. ita in specie docet Bald. in l. 2. C. vti possidetis, sequutus a Felyno d.c. ecclesia nu. 80.

8 Facit etiam, quod non valet statutum, quod prædia pertinentia ad ecclesiam subijciantur oneribus a populo imponendis, vt contra Bart. in l. rescripto §. sciendum, nu. 5. de muner. & honor. infra dicemus, quia huiusmodi collectæ principaliter imponuntur personis; pro rebus, vt obseruat Geminianus in c. 1. de immunit. ecclesiarum lib. 6. vbi respondet ad fundamenta, quæ pro Barr. adduci solent. & tradit Felyn. d. cap. ecclesia nu. 83. vbi dicit, *quod contra Bart. est verior, & stabilior opinio.*

9 Facit etiam, quod statutum Paduæ prohibens alienationẽ immobilium, sine licentia Principis in non soluentem onera Reip. non compræhendit ecclesiam, Cardin. in repet. c. perpendimus.

10 Et facit, quod si statutum dicit, quod non valeat testamẽtum non insinuatum; non comprehendit testamentum clerici, vt docet Butrius in c. quæ in ecclesiarum col. 4. & ibi DD. de constitut. & tradit Bald. in l. cunctos populos, nu. 24. 26. & 31. & 42. C. de summ. Trinit. vbi dicit, *quod statutum prohibens minorem triginta annorum contrahere, non comprehendat minorem forensem*; quicquid contradicant Hostiens. in summa tit. de testam. §. qualiter, vers. dicitur in facto, & Bart. in d. l. cunctos populos, nu. 30. qui tenet, quod comprehendat testamentum clerici, sed eorum opinio defendi non potest, cum deficiat iurisdictio in statuente, & pro hac opinione facit Afflict. decis. 370. Grammat. decis. 100. a nu. 7. Capicius decis. 98. Franch. decis. 411. Et ex hac resolutione communi, & magis recepta infert duodecim illationes Philippus Decius in d.c. ecclesia a nu. 181. vsque ad 197. inclusiue, vbi 193. di-
11 cit, *quod non valet statutum prohibens fieri legata in fauorem piæ causæ*, & refert Card. cons. 96. incipien. in dubio præsumitur; & ista est expresse decisio contra secundam, & tertiam legem Venetam. Hactenus de primo modo probationis nostræ con-

 clusionis.

cluſionis, & quæſtionis, nempè ex deciſionibus DD. de quorum authoritate nullo modo dubitandum eſt.

12 Probatur, & ſecundo noſtra reſolutio, quia in prædictis ll. Venetis, quæ de clericis, & eccleſijs loquuntur, deficit iuriſdictio, quæ neceſſaria eſt in legislatore, vt ſupra diximus, & infra dicemus in reſolutione argumentorum. Quod autem illis deficiat iuriſdictio, ſic patet.

Nam prima lex Veneta, quæ prohibet vtile dominium rerum emphyteothicarum eccleſiæ, nullo modo redire ad directum ipſius eccleſiæ, vere diſponit de re, & iure quæſito eccleſiæ competenti, ex natura ipſius emphyteoſis, & ex contractu, vt ſupra diximus, & probat text. in c. quæ in eccleſiarum 7. de conſtitut. ibi, *alienandi feudum, quod ab eccleſia tenet*, iunctis verbis finalibus, ibi *vires decernimus non habere*, & in c. eccleſia S. Mariæ de conſtitution. non in caſu ibi deciſo (de quo ad aliud propoſitum de bonis quærendis inferius agendũ eſt) ſed in ratione decidendi, ibi *nos attendentes, quod laicis (etiam religioſis) ſuper eccleſijs, & perſonis eccleſiaſticis, nulla ſit attributa facultas: quos obſequendi manet neceſſitas, non authoritas imperandi, a quibus ſi quid motu proprio ſtatutum fuerit, quod eccleſiarum, etiam reſpiciat commodum & fauorem, nullius firmitatis exiſtit, niſi ab eccleſia fuerit approbatum*, & ibi notat gloſſ. verbo *etiam religioſis*, quod *laicis de rebus eccleſiæ nil diſpenere poſſunt, ſiue in temporalibus, ſiue in ſpiritualibus, vt hic & in c. bene quidem 96. diſt.* quam glo. ibidem DD. vnanimiter amplectuntur, & probat etiam tex. in c. cum laicis 12. quod eſt vltimum, de rebus, eccleſiæ non alienan. vbi referuntur eadem verba, quæ in d.c. eccleſia, & pro eadem ſententia eſt tex. in

13 c. quanto 26. de priuilegijs, ibi *in eos qui molunt in molendinis, vel coquunt in furnis eorum, quicquid vendendo ſeu emendo*, etc. vbi reprobatur ſententia Prælatorũ, qui excommunicant euntes ad molendina, vel furnos monachorum, vel eis aliquid vendunt, vel ab eis emunt, quod eſt magis notabile; quando aliæ perſonæ intuitu clericorum opprimuntur, vt ſi fiant ſtatuta contra conſanguineos clericorum; nam dicuntur contra libertatem eccleſiaſticam fieri, vt poſt alios notat Decius d. c.

eccle-

ecclesia nu. 175. vbi non aduertit, quod pro illa opinione est text. in d.c. quanto, & idem est dicendum, si lex prohibeat ne ciues vadant ad molendina clericorum, vel ecclesiarum, quia non valet talis lex, aut statutum, vt de communi resoluit Couarr. regula possessor 2. par. §. 4. nu. 8. & 9. facit etiam text. in c. grauem de sent. excom. vbi reprobantur statuta laicorum contra clericos.

14 Et quamuis sit lucrum sufficit, quod proueniat ex dispositione legis, & contractus, vt docet Abb. d. c. ecclesia, nu. 35. immo, vt ipse Decius dicit nu. 230. idem esse si ius esset quæsitum ecclesiæ ex statuto laicorum, quia non posset statutum illud tollere, & quando lex ciuilis disponit in materia ad ec-
15 clesiam spectante, nulliter disponit, vt per Abb. & Felyn. d. c. ecclesia nu. 61. & idem si disponat de rebus ecclesiæ, vt contra Bald. aduertit Alex. de Neuo d. c. ecclesia nu. 12. Cæterum dispositio de rebus ecclesiæ non pertinet ad principes laicos, sed ad ecclesiam, vt 10. dist. & 96. dist. per totam. In clericis etiam, & eorum bonis deficit ea iurisdictio, vt supra dictum est, & dicemus infra, quando agendum est, de quo iure sit inducta immunitas clericorum.

16 Tertio probatur, quia lex secunda Veneta disponit de ecclesijs ædificandis, & prohibet illas ædificari, quod est contra iurisdictionem ecclesiæ, & Prælatorum, ad quos spectat earũ constructio, vt supra dictum est in septima iniustitia dictarum legum, & habetur in Authen. vt nullus fabricet oratorij domos præter voluntatem Episcopi nouella 67. c. 1.

17 Quarto, quia lex tertia Venetorum, quæ prohibet alienationes in ecclesiam, & ecclesiasticas personas, procedit prohibendo, vetando, et præcipiendo, et pœnam nullitatis, et amissionis, et confiscationis rerum alienatarum imponendo; quo casu non dubium est, quin vsurpent iurisdictionem ecclesiasticam, quæ necessaria est ad inducendum dictam nullitatem, & pœnam.

18 Quinto, quia per dictas leges, primam, secundam, et tertiam, inhabilitas inducitur ecclesijs, et personis ecclesiasticis; cæterum, vt iam dictum est inhabilitas est pœna, vt docet

Card.

Card. Zabar. in repet. c. perpendimus de sent. excom quo casu omnes DD. in locis superius allegatis in principio huius quæstionis, agnoscunt dictas leges esse nullas.

19 Sexto, quia si valerent dictæ leges, Resp. haberet superioritatem in ecclesias, et personas ecclesiasticas, vt dictum est, cum Abb. quod autem hoc sit contra libertatem ecclesiasticam sic probatur ex regulis superius adductis in 2. præmisso.

20 Primo, quia lex prima Veneta tollit ius quæsitũ ecclesijs, & personis ecclesiasticis ex natura contractus emphyteothici, & ex pactis, & conuentionibus initis inter dominos, & emphyteothicos, & si dicas, ibi non tollitur nisi ius quærẽdum in casu quo de iure deberet fieri coniunctio, dominij vtilis, cum directo, non est contra libertatem ecclesiasticam, vt dictum est in argumento pro cõtraria opinione: Tunc sic vrgeo. sit ita, quod tollatur ius quærendum, prout etiam tollitur in 2. & 3. lege, ad

21 hoc dico, quod est contra libertatem ecclesiasticam tollere facultatem acquirendi, & contrahendi, quæ ecclesijs competit de iure communi: Quod autem hoc sit contra libertatem ecclesiasticam, est omnium DD. communis opinio Bart. & sequentium proximè allegatorum, vbi dicunt, *quod statuta, quæ prohibent ecclesiis acquisitionem bonorum stabilium; sunt contra libertatem ecclesiasticam*, & quamuis Signorolus de Homodeis, & Franciscus de Albergottis, & Bald. & Aymon Crauetta, quem refert Couarruu. in Regula possessor 2. part. §. 9. n. 8. & Iason §. diui. n. 76. & Decius d. c. ecclesia n. 240. teneant, quod quando tolluntur ea, quæ competunt de iure communi, non fit contra libertatem ecclesiæ, adducentes pro se Innocent. in c. nouerit de senten. excommun. & Bart. in l. cunctos populos n. 28. de quibus supra in 2. præmisso & per Curt. in l. 1. § quæ onerandæ ff. quarum rerum actio non detur. Tamen eorum opinio est cõmuniter reprobata, vt patet ex magno DD. numero, qui sequuti sunt Bart. d. §. diui, & de communi docet Matienzus l. 1. tit. 15. gl. l. 1. & 2. lib. 5. Recop. & idem Dec. in cons. 114. col. vlt. versic. tertio principaliter tenet, *quod statutũ disponens quod*

22 *persona, quæ de iure habetur pro mortua non admittatur ad successionem, non comprehendat personas ecclesiasticas quoad hæreditates,*

quæ

quæ illis competunt de iure communi, quia esset contra libertatem ecclesiasticam, & statutum tollens lucrum ecclesijs non valet Abb.& Dec.c.ecclesia n.119.& quod quando tollunt ea,quæ competunt ecclesijs de iure communi (vt est ius contrahendi, & acquirendi) fiat contra libertatem ecclesiasticam (vltra dictos DD.) specificè tenent Butrius, & alij, quos refert Lapus Alleg.92. Abb.c. nouerit de sent.excom. & Decius c.ecclesia n.7.8. & 9. vbi eius additionator refert alios Doctores in littera E.& littera F.Geminianus Notabili 2.& alij Doctores iuris canonici c. fin. de immunitate eccles. Card. Zabarella in cons.194. super themate, & in repetit. c. perpendimus n. 13. ad finem vers. venio ad tertium, cum adductis ab Illustriss. Card. Tusch. 5. tom. Pract.Concl.iuris lit:L.verb.libertas ecclesiastica cócl.342.n.8. facit etiam quod dicit Bal.in l. siquis Curialis n.4.C.de Episcopis,& clericis,& in l. cũctos populos 6.quæstione C.de summ.Trinit.& in Auth.cassa,& irrita vers. sed quæritur C. de sacrosanct.eccles.vbi dicit, *quod licet statutum possit excludere clericos a beneficio ipsius statuti*, vt per Decium d.c. ecclesia n.226.*tamen ius commune illis tolli non potest* & Bal. sequitur in d.l.siquis Curialis,Fulgos.& Salyc.idem Fulgo. in d.Auth.cassa, & in l.cunctos populos. Decius d.cons.114. vbi dicit n.1. *id maximè procedere,quando statutum imponeret pœnam*, prout fit in d. lege. 3.Veneta.

Eamdem sententiam referendo Felyn. in c.ecclesia,& alios tenet D. Couarruuias in d. Regula possessor 2. p. §. 5. n.8. & idem tenent Ioannes de Imola, & Alex. quos refert,& sequitur Crotus in repetit.§.diui,n.84.& 85.Hieron.Albanus in tractatu de immunit.eccles.n.12.21.& 22.Alex.in d.§. diui.n.
24 12. hanc opinionem tenet Bart. si bene inspiciatur in l. 1.§. quæ onerandæ n. 3. ff. quarum rerũ actio non detur,vbi ponit quæstionem de statuto disponente, vt *qui offenderit non subiectum iurisdictioni communis & populi Perusini, puniatur in decẽ libris ad plus, An prout respicit clericos sit contra libertatem ecclesiæ?* Et arguit Bart.pro parte negatiua,*quia non aufert clericis aliquid quod sit eis concessum in priuilegium,sed aufert eis illud, quod competit,vt cuilibet de populo, scilicet,quod offendens puniatur: ergo non est*

contra

contra libertatem eccleſiæ, iuxta doctrinam Innocentij in c. nouerit, de ſentent. excomm. Sed tamen dicit Bart. *lex hæc dat meliorem doctrinam, quia hic dicitur eſſe contra libertatem alicuius propter quod quis efficitur timidior, ſed lex dicit, quod clerici efficiuntur timidiores, ergo etc.* Hæc Bart. Ecce doctrinam Bart. dicentis, quod quando tollitur clericis id, quod eſt illis conceſſum de iure communi, quod vt cuilibet de populo competit, dicitur fieri contra libertatem eccleſiaſticam, & idem Bart. in d. Authen. caſſa, & irrita in quæſtione de ſtatuto imponente pœnã pro homicidio; immo, vt dicũt Butrius, Abb. & Imol. in c. quæ
25 in eccleſiarum, & in c. cum terra de electione, *magis dicitur eſſe contra libertatem eccleſiaſticam quando eccleſiis, & clericis tollitur, quod illis competit de iure communi, quam quando tollitur competens ex priuilegio*, & Alex. d. §. diui', nu. 12. & ibi Franciſcus de Ripa, nu. 81. & Ambroſ. de Opizon. in repet. nu. 94. & ratio eſt, quia difficilius tollitur ius commune, quam priuilegium l. eius militis. §. militiæ miſſus. ff. de teſtam. militis. Et ſecundo probatur, quia quando agitur de perdendo priuilegio, agitur de ammittendo lucro, quando vero agitur de perdendo iure communi, agitur de damno, glo. in l. 2. §. 1. ff. de iudicijs, vbi notat Lancelott. Dec. Tertio probatur, nam prohibitio de non alienando poſita in contractu impedit acquiſitionem, quæ fit de iure ſpeciali, non vero illam, quæ fit de iure communi, Bart. & Salycet. in l. ea lege C. de condition. ob cauſam.

26 Nec obſtat authoritas Innocen. d. c. nouerit, nam ſi benè aduertitur eius dictum, non contradicit noſtræ ſententiæ; nam Innoc. & qui illum ſequuntur loquuti ſunt diminutè, dum in quæſtione, quando dicatur fieri contra libertatem eccleſiæ, poſuit exemplum, quando fit contra priuilegia eccleſiæ, & idem Bart. l. cunctos populos nu. 28. tamen non dixit aliquid quando tollitur ius competens de iure communi, in quo Bar. d. §. quæ onerandæ, nu. 3. poſuit meliorem doctrinam, & vberiorem, & dici poteſt quod Innocent. poſuit caſſum, quando tollitur priuilegium, quia tunc erat maior dubitatio, quam cum tollitur ius commune, cum facilius reuocetur

priuilegium, quam ius commune, vt cum ingenio obseruauit Ambros. de Opizonibus, in repet. d. §. diui. n. 93. id multis alijs
27 exemplis comprobans. et facit authoritas Diui Ambrosij epistola 32. ad Valentinianum ibi *soli ex omnibus clero ius commune clauditur*. Verba huius epistolæ referuntur infra §. 6. nu. 11.

28 Sed miror, quare maiores nostri non intenderunt animum ad elegantissima iura Canonica (præ manibus habita) quæ probant nostram sententiam contra Signorol. Bald. & sequaces, videlicet, quod quando tollitur ecclesijs, & clericis ius competens de iure communi, dicitur fieri contra libertatem ecclesiasticam. Et primo sese nobis offert Innocentij tertij decisio satis nota (non tamen bene à Doctoribus excussa) in c. quæ in ecclesiarum. 7. de constitutionibus, vbi improbatur statutum Teruisinum, disponens, quod feudatarius ecclesiæ, si ad inopiam vergere probauerit, possit libere (hoc est sine domini licentia, vt ibi obseruant Bald. Imol. & alij) rem feudalem vendere, & alienare: ex eo quod ibi tollitur id, quod domino competebat de iure communi, scilicet, *vt sine eius licentia non possit feudum alienari, aliàs alienatio est nulla, & alienans priuatur feudo*, vt in c. Imperialem de prohibita feudi alienatione per Federicum. Clarus §. feudum q. 31. & ibi dicitur, *quod non valet, & ratio est, quia etiam tollit domino directo facultatem acquirendi proprietatem feudi, si vassallus sine eius licentia alienat*, & sic loquitur decisio Innocentij quando tollũtur bona quærenda, per quam decisionem improbatur illa distinctio Signoroli, & Bald. quæ potius videtur esse commentitia, ditis gratia, & imaginaria, quam realis, & vera; vnde rectè Bar. in l. cunctos populos nu. 29. & 30. C. de sum. Trin. & Abb. c. ecclesia 1. lect. n. 24. dicunt, *quod quando lex secularis tollit dominium vtile ecclesiæ (quod non potest tolli nisi a suo superiore) dicitur esse contra libertatem ecclesiasticam*; immo addimus, quod neque spem, aut facultatem acquirendi vtile dominium, vt in d. c. quæ in ecclesiarum.

29 Nec dicatur, prout dicebat Signorolus de Homodeis in præallegato cons. 21. quod in d. c. quæ in ecclesiarum, statu-

tum

tum laicorum prohibebat alienationem rei ecclesiasticæ; nam potius ibi permittebat alienationem vtilis dominij, sed quia hoc erat in præiudicium ecclesiæ dominæ directæ, non valet dictum statutum, & quia disponebat contra ea, quæ competebant domino iure communi.

Nec dicatur, quod ibi statutum disponebat de rebus ad ecclesiam pertinentibus, vt dicebat Card. in repet. c. perpendimus nu. 13. de sent. excomm. & alij, qui Bal. sequuntur; nam respondetur, quod ibi dominium vtile, de quo statutum disponebat, non pertinebat ad ecclesiam, sed ad laicos pauperes, qui cum suis rebus pertinent ad iurisdictionem statuentis, & hoc respectu, benè valeret statutum, tamen quia tollebat ecclesiæ ius commune, videlicet, vt cum eius licentia fieret alienatio, & quia etiam tollebat facultatem acquirendi dominiũ vtile, si alienaretur sine eius licentia, improbatur statutum.

50 Secundo pro hac opinione communi contra Bal. & Signor. adest alia eiusdem Innoc. decisio. in c. ecclesia S. Mariæ 10. de Constit. (cuius pars habetur in c. eccl. S. Mariæ 3. & c. eccl. S. Mariæ 4. Vt lite pendente nihil innouetur) nam in d. c. ecclesia S. Mariæ 10. Ioannes de Archeia reus conuentus ab ecclesia S. Mariæ in via lata, super certis possessionibus, ille Ioannes lite pendente illas transtulit in Monasterium S. Siluestri, & occasione cuiusdam statuti (in quo continebatur, quod si quis rem litigiosam lite pendente transferret in alium, illa possessio deberet auferri possessori, & petitori dari) spoliauit Monasterium possessionibus, & dedit illas ecclesiæ S. Mariæ, Monasterio non citato, nec conuicto.

In hac facti specie dicit Innocentius 3. quod dictum statutum nullius firmitatis existit, quia laici non habent potestatem aliquam super ecclesijs, & personis ecclesiasticis: circa quam decisionem dubitari poterat, in quo illud statutum erat contra ecclesiam aut personas ecclesiasticas, cum de illis non loquatur.

Dicimus primo, quod si illud statutum teneret contra ecclesias, noceret illis in quærendis, prout iudex illius causæ putabat, siquidem vigore dicti statuti Monasterium emptorẽ

priuauit dictis possessionibus, & quia tolleret ecclesijs facultatem acquirendi de iure communi permissam.

Secundo, quia inducit pœnam in alienatione rei litigiosæ contra emptorem, cum priuando possessionibus emptis, & illas adiudicando alteri litiganti, quæ quidem pœna non est inducta de iure ciuili, nec canonico in titulis, de alienatione iudicij mutuandi causa facta C. & ff. & in Decretalibus, nec in tit. vt lite pendente, & sic habemus ibi text. pro nostra sentētia, quod dicitur fieri in præiudicium ecclesiæ, quando tolluntur ea, quæ illi competunt de iure communi, & prohibetur ecclesia ne acquirat, & priuatur re acquisita; nam læditur in iure communi sibi competenti, quod non inducebat nullitatē actus, neque priuationem rei alienatæ, maximè cum deuiet a iure Canonico illud statutum, vt per Abb. in d.c.ecclesia in repet. in 4. casu. Dec. ibi in nu. 110. & 123.

31 Vnde infertur ad statutum Perusiæ, quod cessio actionis contra plebeum, non possit fieri in nobilem, an hoc statutum locum habeat, etiam si ab ecclesia cessio fiat: & partem affirmatiuam tenet Federicus de Senis cons. 85. Statuto Ciuitatis Perusini, & alij relati, & sequuti a Decio d.c.ecclesia nu. 261. cum duobus sequentibus, & Card. in c. perpendimus nu. 13. vers. quæro de quæstione. Tamen ex supradictis redditur hæc opinio dubitabilis, nam tale statutum si intelligeretur de ecclesia actiue, redderet illam inhabilem, quod non potest facere ex defectu iurisdictionis, vt in exemplis. Bal. in l. cunctos populos nu. 24. 26. 31. & 42. tum etiam si passiuè intelligatur, ita quod laicus non possit cedere in fauorem ecclesiæ, vrget text. in c. ecclesia a nobis expensus, & vrget etiam quod ecclesia priuatur iure communi, & iure acquirendi.

32 Nec dicatur, quod dicta Decretalis, ecclesia S. Mariæ loquitur quando dispositio laicorum disponit super rebus ecclesiasticis expresse, & sic super non suppositis iurisdictioni statuentis, vt intelligebat Card. in c. perpendimus n. 13. vers. ex his hæc quæstio, in fine.

Nec prout dicit Dec. in d.c. ecclesia nu. 249. vers. nec obstat tex. hic, primo quod specialiter de clericis loquatur, secundo

cundo & melius dicit Decius, quod loquitur de bonis quæsitis ecclesiæ, sed in quæstione nostra de bonis quærendis ecclesiæ, in quibus facilius potest præiudicari. l. quod autem, in principio ff. quæ in fraudem creditorum, et patet in Prælato qui in quærendis ecclesiæ potest præiudicare. hæc Decius.

Bone Deus, quid est quod doctissimorum virorum oculos obcæcauerit in media luce non videntes, quod in d. c. ecclesia, in statuto de quo, ibi, non disponebat aliquid de rebus ecclesiasticis expresse, sed generaliter statuerat, quod lite pendente non fieret alienatio sub pœna amissionis rei alienatæ: nec loquebatur illud statutum specialiter de clericis, nec de bonis iam quæsitis ecclesiæ; nam statutum erat factum antequam monasterium illa bona acquireret, & ita tempore quo statutum prohibuit alienationem, nec erant bona quæsita monasterio, sed ex post facto, non tamen statutũ potuit auferre ecclesiæ facultatem acquirendi, quæ de iure communi illi competebat, & sic loquitur illa decisio de rebus acquirendis; immo fortius astringit ille text. cum nec specialiter prohibeat alienationem fieri in ecclesiam, sed generaliter; & tamen ibi dicit Innocent. *quod statutum non habet vires aduersus ecclesiam*, & ita habemus illum text. fortissimum pro nostra opinione.

33 Nec obstat lex, quod autem 6. quæ in fraudem creditorum; nam cum ille titulus loquatur de alienatione rerum debitoris, ad diminuentes patrimonium suum, tantum pertinet: non ad eos, qui id agunt ne lucrentur, vt ibi dicitur; & diuersa ratio est in statuto prohibente ne ecclesia acquirat lucrum, nam inuita ecclesia non potest ei per statutum coarctari facultas acquirendi, quæ illi competit de iure communi, quod in detrimentum ecclesiasticæ libertatis cederet, cui nec directè potest per statutum laicorum præiudicium inferri; at debitor indirectè potest in quærendis creditoribus nocere, cum prohibitio edicti Prætoris, de quæsitis non alienandis tantummodo loquatur: tum etiam quia deficit iurisdictio ad inhabilitandum ecclesiam, facultate acquirendi: etenim diuersa causa est, non posse acquirere, aut

aut nolle acquirere; nam non posse pœna est, nolle autem voluntas, & a diuersis non fit bona illatio. L. Papinianus exuli ff. de minoribus.

34 Similiter diluitur altera ratio de Prælato nolente acquirere; nam cum Prælati persona necessaria sit ad acquisitionem eius actio in facto consistit, et eo nolente acquirere cessat acquisitio, vt etiam in seruo nolente domino acquirere: hæc enim in voluntate Prælati, et serui consistunt, ideoq. ecclesiæ, et domino nocent. l. per seruum 37. §. sicut seruus ff. de acquirendo rerum dominio, ibi *seruus communis plurium dominorum, potest non omnibus acquirere, sed vni soli domino*. l. si seruus communis 4. ff. de stipulatione seruorum l. seruus 30. eod. tit. ibi, *seruus alienus, alij nominatim stipulando, non acquirit domino*, et tamen si Prælatus omittat lucrum ecclesiæ quærere, vt si legatum factum ecclesiæ non agnoscat, eo casu ecclesia potest agere contra Prælatum, et eius hæredes ratione lucri cessantis, vt docet Abb. c. requisiuit de in integrum restitutione, et idem in tutore qui tenetur pupillo lucrum quærere. Bart. in l. tutor qui repertorium §. si post depositionem, ff. de administratione tutor. cum adductis a Paulo Montano in tract. de iure tutelæ c. 32. reg. 9. a nu. 193. et sic vides esse habendam rationem lucri omissi a Prælato, et tutore; vt per Abb. et Canonistas in c. adhæc de dolo, et contum. et c. si de terra. de priuilegijs, et in c. ius nuper, de his quæ fiunt a Prælato. denique illa opinio, quod Prælatus potest præiudicare in quærendis, non est sine contradictione, vt per Alex. in l. legatum ad fin. nu. 2. de leg. 1.

35 Et est etiam aduertendum quod in legibus Venetis directo ecclesiæ, & personæ ecclesiasticæ damnum patiuntur: illis enim legibus interdictum est, ne dominium vtile rerum emphyteothicarũ, vllo modo redeat ad directum, & ne ecclesiæ fiant de nouo, & ne possint acquirere bona stabilia, quod reprobant dictæ decretales, quæ in ecclesiarum, & ecclesia S. Mariæ, & c. fin. de immunitat. ecclesiarum lib. 6. (de quo textu statim est agendum) sicut dicimus, quod debitor ære alieno præssus, omittens bona aliqua de nouo acquirere, dicitur dire-

cto damnum pati. At creditores, quibus ex acquiſitione fuiſſet proſpectum dicuntur indirecto lædi, vt obſeruat Dionyſius Gothofredus in l.quod autem 6.verbo ad diminuentes.ff. quæ in fraudem creditorum, ibi, *diminuendo fraudatur creditor directo, non acquirendo per indirectum.*

36 Quinimo ſat eſt vt quocunque modo læſio penes eccleſias & clericos contingat directo,aut indirecto, & in conſequentiā, vtroque enim caſu damnum patiuntur,vt habetur in c.quanto 26.de priuilegijs, vbi ex prohibitione facta aduerſus eos, qui molunt in molendinis, vel coquunt in furnis eccleſiæ violantur priuilegia eccleſiæ indirecto,vbi notant Canoniſtæ omnes, quod priuilegia eccleſiæ non ſunt violanda etiam indirecto, & tradit Decius in c.eccleſia n. 179. vnde infertur, quod non benè dicunt aduerſarij,dum putant,quod ex ſtatuto prohibente ne ſubditi alienent in eccleſias, vel clericos,læſio eccleſiarum incidenter contingit, & in conſequentiam; eo quod principaliter lex præcipiat ſubditis ne alienent ſtabilia;nam reſpōdetur, quod immo non in conſequentiam fit damnum eccleſijs,ſed principaliter cum expreſſe prohibeantur acquirere.

Secundo,quod etiam ſi ea læſio fuiſſent in conſequentiam, id ſat erat,vt dicatur lædi eccleſiaſtica libertas.

37 Tertio pro noſtra ſententia, quod non fiat diſtinctio inter bona quæſita, & acquirenda, & an diſpoſitio tollat conceſſa per priuilegium, vel conceſſa ex iure canonico facit tex. in d. c.quanto 26. de priuilegijs, vbi ſtatuta contra eos qui molunt in molendinis, vel in furnis eccleſię coquunt,dicuntur eſſe cōtra eccleſiam, & tamen illa prohibitio tollebat lucrum, & facultatem illud acquirendi, quod de iure communi competebat.

38 Quarto pro hac opinione fuit deciſio Alexandri quarti in c.1.de immunit.eccleſ.lib.6. ad finem, ibi *hactenus acquiſitis, vel in poſterum acquirendis*, et ibi *acquiſita iam, vel quæ deinceps acquirent aliquatenus coarctare*, et in c. ea enim 12.q.2.ibi *ea enim quæ ad beatiſſimæ eccleſiæ iura pertinent, vel poſt hæc forte peruenerint, tamquam ipſam ſacroſanctam & religioſam eccleſiam, intacta conuenit venerabiliter cuſtodiri*. Vides immunitatē eccle-

ecclesiasticam non solum esse in bonis iam quæsitis ecclesiæ; sed etiam in quærendis? Vnde Bart. in l. rescripto §. sciendum n.5.de muner. & honor. minus bene loquutus est,& eius opinio est magis communiter improbata, de qua infra in solutione eorum argumentorum, quæ superius adducta sunt pro opinione Signoroli,& Bal.agendum est.

39 Quinto pro hac nostra sententia, quæ verissima, & communis est,vt testatur Illustris.Card.Tuschus d.to.5. Pract.Concl. Iur.lit.L. verb. libertas ecclesiastica, nu. 93. & 94. vbi plures refert Authores, confert decisio Bonifacij Octaui in c.fin. de immunit.eccles.lib.6.cuius verba sunt. *Eos qui temporale dominium obtinentes, subditis suis, ne prælatis, aut clericis, seu personis ecclesiasticis, quicquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem, neque ipsis bladum molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere præsumant aliquando interdicunt: (cum talia in derogationem libertatis ecclesiasticæ præsumantur) eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subiacere.* Hæc decisio pro nostra sententia, notior est,quam Delia nostris,& apertior, vt nulla tergiuersatione celari,& euadi possit:& si eam effugere conentur,Signorol. & sequaces. Signorol. d.cons.21.n.18. vbi inquit. Quod c.quæ in ecclesiarum, non facit vnam muscam,quia ibi laici disponere volebant de rebus ecclesiarum, quod non possunt, & in c.fin. de immunitate ecclesiarum lib. 6. concurrebant duo, quæ faciebant statutum malitiosum videlicet, quod erat facta specifica mentio ecclesiæ,& clericorum. Secundum,quod prohibitio erat generalis non restricta ad certum casum, & certas res, nempè ad bona stabilia, ita quod in d.c. fin. in totum tollebatur acquisitio;nam aduertendum est,quia fatentur quod quãdo tollitur in totum facultas,quæ de iure communi competit ecclesijs, fit contra libertatem ecclesiasticam; in quo videntur sibi contrarij, cum in hoc argumento de quo agimus dicunt, quod est diuersa causa, quod statutum laicorum disponat de quæsitis ecclesiæ,vel requirendis,& dicunt quod est etiam diuersum,quod tollant priuilegia, aut ius commune. Cæterum in hac traditione,& solut.d.c.fin.aliud fatẽtur, dum agnoscũt, quod non est differentia inter quæsita, & quærenda,nec inter

pri-

priuilegia, & ius commune, quando prohibitio est generalis facta in ecclesijs, & clericis; verum de hoc intellectu ad d. c. fin. agemus in solutione argumentorum, ideo ad eum locum lectorem reijcimus.

40 Sexto facit pro nostra opinione, quod non sit facienda distinctio in hac materia, inter ius quæsitum, & quærendum; nã actus, & potentia sunt eiusdem naturæ, & ius quæsitum, & acquirendum ab ecclesia pendent a iurisdictione ecclesiastica, non seculari. Et si aliqua persona, ex iure suo, haberet potestatem acquirendi, & emendi bona in aliquo statu, non posset illa potentia, & facultas impediri per legem, præcipientem, quod nullus in eo statu possit illi personæ vendere bona; nam sic impediretur vti iure suo, et iniustè eo priuaretur, vt diximus supra in 2. iniustitia harum legum Venetarum.

41 Nec huius lucri ratio est a legibus contempta immò admissa, vt in lucro cessante disponitur, in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod certo loco, & in c. peruenit de fideiussoribus, & in c. dilecti de foro competent. & in l. vt qui natura §. non tantum ff. de negotijs gestis, glos. c. conquestus 7. verbo, de feudo, de vsuris, cum latè adductis a Couarr. lib. 3. resolutionum c. 1. versic. huic iustissime, & c. 4.

Fateor tamen me plusquam par esset lectorem in hoc discursu, & argumento remoraße, verùm si omnia adamussim expendãtur, apparebit maximè fuisse necessarium, cum vis, & neruus præcipuus aduersariorum sit, in hac differentia, quam instituunt inter quæsitá, & quærenda, & inter ea quæ competunt ex priuilegijs, & ea quæ ex iure communi, vt sic possent defendere statuta, & leges laicorum aduersus libertatem ecclesiasticam, quæ res maximam habet difficultatem, propter mutua hinc in de motiua, tum etiam propter authoritatem plurimorum, tum propter materiæ magnitudinem, & arduitatem, quæ omnia rem difficilem reddũt, vt dicit Card. in repet. c. perpendimus n. 13. vers. ex his hæc quæstio.

42 Septimo hæc nostra opinio probatur, nam id dicitur contra libertatem ecclesiasticam per quod ecclesię, & clerici efficiuntur timidiores, & deterioris conditionis, quam laici, cum non

debeant minus bene, quam laici tractari, c. non minus, de immunit. ecclesiast. aliàs eorum priuilegia sibi nocerent, si ea ratione, quod a tributis sint immunes grauentur, & arcentur a iure acquirendi, quo cæteri laici vtuntur contra regulam, quod fauore alicuius introductum est, non debet in eius damnum retorqueri, & obseruant Card. c. perpendimus nu. 13. Felynus c. ecclesia nu. 11. & a nobis supra extat probatum in secundo præludio.

Tum etiam, quia negari non potest esse huiusmodi leges contra pietatem Christianã, & in maximam Ecclesiæ Catholicæ iniuriam, si ab eo, ad quod mimi, & buffones, admittuntur, ecclesia excludatur; quæ deterioris conditionis per dictas leges efficitur, vt obseruat Pechius de ammortizatione c. 6. ad finem, & D. Ambrosius vbi supra. Denique dicimus, quod in omnibus dictis legibus Venetis defuit potestas, & iurisdictio circa ecclesias, et personas ecclesiasticas; et ita ex hoc solo capite corruunt dictæ leges.

§, Sextus, in quo diluuntur argumenta contraria.

SVMMARIVM.

1 Ad primũ ex authoritate Signoroli, & Baldi respondetur, quia est magis communiter reprobata.

2 Statutum quod bona librata non transeant in ecclesiam, non valet.

3 Ad secundum argumentum, quod Princeps potest inhabilitare subditos ad contrahendum, & distinguntur tres casus. Primus, quando lex est generalis, quoad clericos, & laicos; vbi adducuntur aliqua exempla legum Castellanorum.

4 Secundus casus, quando lex inhabilitat subditos ne contrahant cum non subditis, quæ quoad laicos tenet.

5 Tertius casus, quando lex prohibet cum clericis contrahere sine licentia Principis.

6 Respondetur ad id, quod dicitur, quod inhabilitas est laicorum, & quod hæc est principalis mens legis, & quod est principale intentum dicitur, quod attendenda est mens, non verba.

7 Osten-

7 *Ostenditur mens legum Venetarum.*
8 *Consideratur natura correlatiuorum.*
9 *Respondetur ad id, quod dicitur de bona, vel mala mente legislatoris; bona, vel mala mens agentis non mutat speciem peccati.*
10 *Respondetur legibus Imperatorum de hac re latis. & primo ad l. 20. tit. 2. lib. 16. Codicis Theodosiani, quod fuerunt abrogatæ, & nulla lex fuit ita præiudicialis, vt Veneta.*
11 *Adducitur authoritas diui Ambrosii elegantissima.*
12 *Respondetur ad legem 12. tabularum de Virginibus Vestalibus.*
13 *Ex iure Romanorum licebat templis legare & sacerdotibus.*
14 *Annui redditus inter mobilia computantur.*
15 *Respondetur ad legem Romani Imperatoris, & Nicephori.*
16 *Respondetur ad innouationem constitutionis Nicephori factam per Emanuelem Comnenum.*
17 *Templa apud Romanos cum licentia ædificabantur.*
18 *Respondetur ad Auth. de alien. & emphyteo. §. 1.*
19 *Respondetur ad id, quod dicitur, quod feudum non vadat ad ecclesiam.*
20 *Respondetur ad legem Regni Siciliæ.*
21 *Respondetur ad legem ammortizationis.*
22 *Lex ammortizationis fuit reuocata in Regno Castellæ.*
23 *Respondetur ad leges Imperatoris Mauritij, & Caroli Magni.*
24 *Respondetur ad argumentum, quod sicut ecclesia potuit prohibere suarum rerum alienationem, ita & Resp. & assignatur ratio differentiæ.*
25 *Ad argumenta adducta pro opinione contraria, quod dictæ leges non sunt contra libertatem ecclesiasticam; & respondetur ad primum, quod non disponunt de rebus quæsitis, sed quærendis, & quod ea distinctio est falsa.*
26 *Respondetur ad authoritatem Bartoli in l. rescripto §. sciendum de muner. & honor. nu. 5. qui est magis communiter reprobatus, & contra eum est verior opinio.*
27 *Opinio Bart. non potest substineri in onere inuariabili, & in incerta quantitate, vbi quod collecta est quantum ad obligationem onus personale, quantum ad quantitatem est reale.*
28 *Reprobatur dictum Ioannis Driedonij, & Baldi, & Afflictis circa bona alibrata.*
29 *Onus reale transit in ecclesiam, id explicatur, & explicantur plures leges de eo loquentes.*
30 *Bart. d. l. rescripto. §. sciendum submittit se determinationi ecclesiæ.*

31 Respondetur ad legem Titio centum. §. Titio centum, el 1. & 2. de condition. & demonstrat.
32 Respondetur ad argumentum, quod dictæ leges non tollunt in totum facultatem acquirendi, sed in certo casu.
33 Agitur de intellectu c. quæ in ecclesiarum, & c. ecclesia S. Mariæ, & c. quanto, de priuilegijs.
34 Expenditur decisio c. fin. de immunit. eccles. lib. 6.
35 Prosequitur circa d. c. fin.
36 Ad hoc vt dicatur violata libertas non est necesse, quod concurrant duo requisita Signoroli.
37 Opinio Signoroli non bene adaptatur ad l. 2.
38 Agitur de c. quanto, de priuilegijs.
39 Agitur de lege tertia Veneta.
40 Lex tertia Veneta, quæ loquitur de bonis stabilibus, potest dici quod sit generalis.
41 Respondetur ad statutum, quod auget legitimam filiorum.
42 Respondetur ad argumentum, quod non infertur magnum præiudicium per dictas leges.
43 Quando læsio inducit contemptum, etiam modica consideratur.
44 Quod lex 2. Veneta disponit de ea re, cuius dispositio spectat ad ecclesiam.
45 Respondetur ad exemplum de armis, & de fundis in compendio positis, & de domo destinata ad vsum publicum.
46 Respondetur ad l. scio ff. de restitutione in integrum.
47 Respondetur ad argumentum, quod dant formam contractibus laicorum.
48 Quod forma contrahendi data laicis, magis lædit libertatem ecclesiasticam.
49 Agitur de obtinenda licentia a Senatu.
50 Respondetur ad quintum argumentum, de pacto ad legem, & a testatore.
51 Respondetur ad id, quod dicitur, quod sententia iudicis potest fieri prohibitio.
52 Respondetur ad sextum argumentum, quod leges sunt de bono publico, & quod id spectat ad Principem.
53 Quæ ecclesiis donantur redeunt ad primum dominum: vbi agitur de dominio Pontificis, & de donatione Constantini.
54 Lex 2. Veneta est contra ius diuinum, & humanum.
55 Etiam si adsit bonum publicum Princeps non potest statuere cōtra ecclesias, & clericos.
56 Bona clericorum gaudent immunitate.
57 Quando leges illæ essent de bono publico non tenent clericos, ex d. legis,

legis, sed ex vi rationis, & a suo iudice sunt cogendi.
58 *Necessitas disponendi non tribuit iurisdictionem.*
59 *Si erat necessitas publica debuissent recurrere ad Papam, & petere confirmationem.*
60 *Respondetur ad vltimum argumentum, quod non tollunt priuilegia.*
61 *Traditur noua resolutio quomodo dicatur aliquid competere ecclesiis, & quando dicatur fieri contra earum libertatem.*
62 *Prima opinio Franc. de Albergot. negatiua.*
63 *Opinio Caiet.*
64 *Opinio Bart. & Bald. & refertur distinctio Caccialupi.*
65 *Prosequitur ead. distinctio.*
66 *Quod quando tollitur ecclesiis, quod competit de iure communi fit contra libertatem ecclesiasticam, & ibi agi de intellectu c fin. de immunit. eccles. lib.6.*
67 *An statuta de quibus in d.c fin. sint directe, vel indirecte contra ecclesiam, & nu.68.*
69 *Quando statuto dicantur formaliter contra libertatem eccles.*
70 *Prosequitur circa idem, quod directe sunt contra libertatem eccles. & prosequitur vsque ad nu.75.*
76 *Iterum explicatur text. in d.c. fin.*
77 *Quod dictæ leges Venetæ sint contra libertatem ecclesiasticam directe.*
78 *Exploditur quidam imaginarius intellectus cuiusdam moderni, quod prosequitur vsque ad nu.82.*

Diluuntur argumenta adducta in principio huius secundæ quæstionis pro opinione Signoroli, & Baldi.

1 ET non obstat authoritas Signoroli, & Baldi, & aliorum, quorum superius in principio huius quæstionis meminimus; nam eorum opinio est magis communiter improbata, vt diximus cum Bart. in d.§.diui, nu.12. & contra Bald. d.c. quæ in ecclesiarum, tenent relati a Zauallos in lib. practicar. quæstion. q.37. nu.26. & pro opinione Bart. contra Bald. stat Petrus Pechius de ammortizatione c.6. vers. cæterum. Alex. d. §.diui, nu.11. & 12. & ibi Iason. n.75. & 81. & est communis per Decium d.c. ecclesia nu. 249. & Corras. d. §.diui, nu.80.

Fer-

Ferdinan. Loazes ibi nu. 157. qui dicunt *quod opinio Bald. confunditur per text, in c. fin, de immunit. eccles. lib. 6.* & dicit idem
2 Bald. l. cunctos populos C, de summ. Trinit. in principio, *quod non valet statutum prohibens, quod bona alienata non transeant in ecclesiam*, & accedit Baptista de sancto Seuerino in repetit. l. omnes populi, de iust. & iur. col. 12. Decius c. ecclesia n. 191.
3 Non obstat primum argumentum, quo dicebamus, posse Principem inhabilitare subditos ad contrahendum, & testandum, & nouam formam inducere in contractibus eorum obseruandam: ad quam clerici cum laicis contrahentes tenentur, si eos sibi obligatos esse velint, & vt ipsi clerici laicis etiã obligentur.

Huic difficultati respondeo, constituendo tres casus, Primus, quando lex generaliter disponit, vt nullus possit contrahere cum aliqua persona, sine certa solemnitate, & forma obseruata, vt in exemplis ibi positis, quod minor triginta annorum, vel mulier maritata non contrahant, nec alienent sine decreto, aut consensu consanguineorum; in isto casu lex est generalis, tam quoad laicos, quam clericos, volentes cum illis contrahere, nam tenentur obseruare illam formam, & solemnitatem, nec in hoc offenditur iurisdictio ecclesiastica, cũ lex non disponat de clerico alienante, nec etiam læditur libertas ecclesiastica, cum sit lex illa generalis ad omnes, nec per eam efficiuntur clerici timidiores, aut deterioris conditionis, quam laici. Et erit aliud exemplum in l. nostra regia 16. tit. 11. lib. 5. recopilationis; vbi prohibetur emi a seruis, & in l. 17. eod. tit. ne quis emat granum anticipata pecunia, & in l. 19. eod. tit. ne quis emat granum ad reuendendum, & idem in pragmatica, quæ certum pretium constituit pro quolibet sacco grani, vt in tit. 25. lib. 5. recopilationis, vt ibi in l. 1. glo. 1. obseruauit Ioannes Mattienso, non ex rationibus ibi adductis, sed quia hæc lex non offendit iurisdictionem ecclesiæ, nec reddit clericos deteriores, quam cæteros laicos; nam ex vi rationis clericos obligat, non ex vi legis, vt infra dicemus, quando est agendum de lege lata propter bonum publicum, & ideo non compellitur a iudice laico, sed a suo iudice ecclesiastico,

vt

vt ibi dicemus. Sunt & alia exempla in toto C. quæ res vendi non possunt. & in his terminis loquitur Romanus cons. 166. vbi loquitur in alienatione facta a minori, sine solemnitate in ecclesiam, & ita procedunt exempla tradita in hoc primo argumento aduersariorum, & quæ tradunt Salycetus, & Alciatus nu. 13. in Authen. cassa. Abb. in c. ecclesia in repet. nu. 42. & 43. & ibi Decius nu. 255. & Felynus 8. q. idem Abb. in c. quod clericis nu. 26. de foro competenti.

4 Secundus casus est, quando lex non ita est generalis prohibitoria, quoad omnes personas, sed tantum prohibet de certis personis, vt cum illis non contrahatur, neuè in eis fiat alienatio: vt si statutum prohibeat, vt nullus subditus vendat, aut alienet bona stabilia in non subditum, sine certa forma, & solemnitate, puta sine licentia Principis, aut Senatus, vel nisi prius soluatur certa quantitas. In isto casu lex illa locum habebit contra non subditum laicum, vt docent Bart. & Doctores d. §. diui, nu. 12. nam licet ille non sit de iurisdictione statuentis, est tamen de iurisdictione seculari, nec ab ea est exemptus, posset q. illam prorogare, & sat est, quod alienans sit de iurisdictione legislatoris, quæ prohibitio locum habet etiam in testamento secundum Bald. cons. 253. lib. 3. & de isto secundo casu loquitur lex vnica C. ne liceat habitato. Metrocomiæ loca sua in extraneum transferri lib. 11. Codicis.

5 Tertius casus est, quando lex prohibitiua solum prohibet alienationem fieri in ecclesiam, vel clericos, sine certa solemnitate, aut licentia Principis; nam hæc lex non tenet, quia inhabilitat clericum, & ecclesiam, exemptam, & priuilegiatam a seculari iurisditione, & quia est contra libertatem ecclesiasticam, cum ipsi soli clerici, & personæ ecclesiasticæ prohibeantur, non cæteri laici, & ita fiunt deterioris conditionis, & efficiuntur timidiores, quam laici, quod videtur præsensisse Oldradus a Federico relatus, cons. 85. statuto ciuitatis Perusij, col. 2. vers. non obstat determinatio, & tradit Belluga non relato Oldraldo, nec Federico in speculo Princip. Rubr. 14. §. veniamus nu. 31. & in hoc casu statutum directo, & principaliter

fit

fit propter clericos,& ecclesias, ne stabilia acquirant: & vt excludantur a beneficio,quo cæteri ciues admittuntur. & in specie dicit Ioannes Crotus in §. diui. n. 180. *quod quando specifice prohibeatur commercium cum clericis, & nullos alios excludit a cōmercio subditorum præsumitur, potius emanasse odio clericorum, quā ob vtilitatem publicam, ideo non valet*: & ex forma prohibitionis colligitur,quod fit in derogationem libertatis ecclesiasticæ,ex quo de clericis tantùm est facta mentio, vt habetur in c.fin. de immunit.eccles.lib.6.& tradit Card.in d.c.perpendimus n.13. vers.ex his hæc quæstio,in fine,& Abb.in repet. d. c. ecclesia S. Mariæ n.37.vers.item puto,vbi dicit, *si statutum laicorum disponeret specificè de ecclesiis, vel clericis; prohibendo, vel præcipiendo, vel vetando, vel formam in agendis per clericos dando, non valeret*, nam,vt ipse dicit eod.n.37. vers.& ad hoc, *quod tunc non valet, ne notetur superioretas in statuente, & habemus hoc in d.c.fin. de immunit.eccles.*

6 Nec dicatur, quod dictæ leges Venetæ non inducunt inhabilitatem clericis, sed laicis sibi subditis, prohibendo illis, ne bona stabilia clericis vendant, propter bonum commune, &, cum hæc sit principalis intentio legum, ea attendi debet, non verò quod in consequentiam ecclesiæ, vel clerici damnum patiantur. Nam respondetur, quod quando leges prohibent alienationem rerum stabilium,fieri in non subditum, licet verba dirigantur in subditos alienare volentes, tamen intentio, & prohibitio dirigitur in ecclesiam,& clericos, reddendo eos incapaces: & potius debet attendi in quem intentio dirigatur, quam in quem verba fiant,l. cum pater 77.§. donationis delegat.2.ibi,*respondi,non enim quæri oportet, cum quo de supremis quis loquatur:sed in quem voluntatis intentio dirigatur.* Et in l. peto, & in l.miles delegat. 2. nam multoties vnus in dispositione exprimitur, & ad alium verè effectus dirigitur per obliquum, & hoc debet attendi,non persona interposita, vel expressa l. 4. §. nunc de effectu l.si quis rerum §.primo,de liberat.legat.l. cum dote ff. ad legem falcidiam, & in terminis nostræ quæstionis habemus tex.in c.quāto 26.de priuil. qui loquitur in terminis prohibitionis, vt aduertit Abb.in repet.d. c. ecclesia S. Mariæ

nu.31.

n.31. ad finem. Et sic quamuis leges Venetæ nullam facerent mentionem de ecclesijs, & clericis, tamen, cum earum mens fuerit arcere ecclesias, & clericos ab acquisitione rerum stabilium, ea intentio est expetenda, potius quam in quem verba diriguntur.

7 Secundo respondeo, quod in dictis legibus, in prima earum verba, & mens diriguntur in ecclesias, & personas ecclesiasticas, prohibendo ne vnquam acquirant dominium vtile, qualitercunq. deuoluatur ad directum, iure dominico, & sic cessat argumentum adductum pro validitate dictarum legum.

Tertio dicimus, quod legis secundæ Venetæ verba, & mens diriguntur in ecclesiam, & etiam clericos; prohibet enim non modo laicos, sed etiam clericos ædificare ecclesias, & pia loca. quæ certè duæ leges 1. & 2. nullum dubium possunt recipere, quin sint nullæ, ex defectu iurisditionis; & negari nullo modo potest, quod sint contra libertatem ecclesiasticam, & iniustæ; superius est dictum circa iniustitiam, & nullitatem earum legum.

8 Nec minus dubitari potest de tertia lege, quæ expresse præcipit sub pœna priuationis, et nullitatis, vt nullus possit alienare bona stabilia quocunq. titulo in ecclesias, et personas ecclesiasticas, nec in pios vsus, nec ea obligare. Ecce vbi expresse clerici, et ecclesię, et loca pia prohibentur bona stabilia acquirere; nam licet verba prohibitiua dirigantur in subditos, tamen ex natura correlatiuorum, si subditus prohibetur alienare in ecclesias etc. ecclesia etiam prohibetur emere, aut acquirere, vt cum iudicio obseruauit Alex. ad Bart. l. fin. C. de exact. tributorum lib. 10. quem sequitur Purpuratus in additionibus ad Iasonem in l. filius familias §. diui. n. 80. littera B.

9 Vnde, cum dictæ leges expresse prohibeant bona stabilia alienari in fauorem ecclesiæ &c. stamus in decisione iuris canonici reprobantis has leges; de quibus iuribus supra egimus in hac secunda quæstione circa opinionem Bart.

Nec refert, quod hæ leges fiant bona, vel mala intentione, vt dicebat Ioann. Dried. supra relatus in 1. assert. §. 4. n. 7. nam respondetur, quod sola ecclesia, & personæ ecclesiasticæ per-

L dictas

dictas leges excluduntur; & quod ea potissima harum legum causa fuit, vt ecclesia non acquireret bona stabilia, vt ait Papa in §.479. & certè vnde ecclesia vulnus accipiat, non multū interest vt dicit Petrus Pechius de amortiz.c.6. sat enim est quod maximum vulnus ecclesijs, & ecclesiasticis infertur, & quod caput ecclesiasticæ libertatis obtunditur; nec bona, aut mala intentio agentis mutat actus substantiam, nec eum in alia, & diuersa specie constituit, licet augeat, vel minuat malitiam agentis, vt post. D. Thomam 1.2.q. 18. ar. 10. & 11. tradit Victoria in summa tit. de Sacramento pœnitentiæ, n. 176. Nauarrus in manuali confessariorum, nono præludio, n.6. & c. 6. n.7. lex enim tam punit delicta ex ignorantia, quam ex malicia cōmissa l. 1. ff. de legibus: nec aliqua legitima excusatio causari potest maxime circa primam, & secundam legem, ad tradita per Bald. in c. quæ in ecclesiarum n.1. vers. sed pone populus, de constitutionibus.

10 Secundo respondetur, quod licet deficiente mala intentione, nō videatur lędi libertas ecclesiastica formaliter, sed materialiter; tamen ex quo per dictas leges notabiliter læditur ecclesiastica libertas, actus redit in naturam suæ formæ, & perinde est, ac si malo animo fierent, & incurritur sacrilegium formaliter, & est peccatum mortale, vt docet Caietanus in summa, verbo, contemptus in moralibus, vers. qui vero: & agens de libertate ecclesiastica idem verbo, immunitas ecclesiastica, vers. quinto.

Tertio respondetur, quod bona, vel mala intentio sumitur ex ipso opere statuti, ita quod si opus, quod statuitur per se (hoc est suapte natura) tendit contra libertatem ecclesiasticā, statutum est contra illam si autem per se, non tendit contra libertatem ecclesiasticam, statutum ex se non est contra illam; quāuis contingere possit, quod ex intentione statuentis fuerit contra illam ex odio, vel mala intentione in libertatem ecclesiasticam. Discernere autem actum ex sua natura tendentē contra libertatem ecclesiasticam, non est difficile scientibus, quod idem est per se seu, ex propria natura ex intentione, vt docet idem Caietanus verbo excomm. cap. 31. vers. 6. cum itaque dictæ

dictæ leges ex se,& ex sua natura sint contra libertatem ecclesiæ, necessario dicendum est, quod sunt vere ex se contra illam. nec refert bonus, vel malus animus statuentium, cum re vera quod statuunt, maxime nocet ecclesiæ libertati; nam vt idem Caietanus dicit d. verbo,immunitas ecclesiastica,versic. discernendum,*Ex duobus debet hoc constare;primo ex natura,quãtitate, & qualitate iniuriæ, seu damni illati;secundo ex vinculo prohibitionis præcepti, Nam si opus sit notabiliter iniuriosum;aut nociuum, non euaditur sacrilegium,* & paulo infra *& per oppositum quando opus non est notabiliter nociuum, seu iniuriosum, & arcto vinculo præcepti non subest,licet sub immunitate ecclesiæ cõtineatur, si desit contemptus, non est mortale peccatum, quia nec formaliter, quia non ex intentione, nec materialiter sacrilegium inuenitur redire ad naturam suæ formæ: sed velut imperfectum quid in hoc genere reliquitur peccatum veniale*, hæc Caietanus.Cæterum quis non videt quam grauiter, & iniuriosè læditur libertas ecclesiæ ex dictis legibus, quæ tot, ac tantas iniurias continent, & circa hanc difficultatem videlicet, quod non sufficiat quod statuentes protestãtur,quod non intendunt prædicta facere nisi de iure: tradit Lapus allegat.92.n.9. Felyn.c.ecclesia S. Mariæ n. 109.verb.3.remedio.

11 Nec etiam obstat, quod de hac re aliæ leges ab Imperatoribus fuerint latæ,de quibus in primo argumento.

Nam primo respondetur vno verbo, quod omnes fuerunt iniustæ, & iniquæ, nec ad illas faciendas Imperatores habuisse iurisdictionem, nec authoritatem: vt dicemus infra quando agemus,quod clerici sunt liberi a iurisdictione laicorum.

Secundo in specie respond. vnicuique dictarum legum Imperialium,& primo ad legem secundam tit.2. lib. 16. Codicis Theodosiani,& ad l.nullam 27.eod.tit.quod hæ leges fuerunt abrogatæ Veronæ per eosdem Imperatores,vt patet ex l.legem 28.eod. tit. & lib. & per Martianum Imperatorem in nouellis ab eo latis tit.de testamentis clericorum lib. 3. immo dicimus quod dictæ leges non fuerunt ita generales, prout sunt leges Venetorum:immo, & apud Ethnicos non erat prohibitum legari sacerdotibus l. Annua 20. §. Attitia ibi sacerdoti de ann.

legat. nec Deo legari prohibitum erat l. 1. §. ad municipium, ff. ad legem falcidiam, ibi *quæ Deo relinquuntur*.

Nec obstat, quod dicit Cuiacius, quod nonnulli Imperatores prohibuerunt relinqui aliquid Collegijs Christianorum; nam respond. quod non fuit illa prohibitio ita grauis, nec ex quocunque tit. prout disponunt leges Venetæ, & postea fuerunt abrogatæ, cum non fuerint positæ in Codice Iustiniani Imperatoris; immo ibi fuit posita lex Constantini, quæ permittebat Collegijs, & ecclesijs legari, l. 1. C. de sacrosanct. ecclesijs, & donari ecclesijs, vt in l. fin. C. eodem, & aliæ multæ leges illius tituli, quæ approbant huiusmodi relicta. & donationes, & de istis legibus conqueritur D. Hieronymus in loco superius allegato, quibus peiores sunt Venetæ leges: vtpote quia maior, & vniuersalis sit earum prohibitio erga ecclesias, & personas ecclesiasticas; quas si D. Hieronymus vidisset, quam aduersus eas querelam excitasset; & magis conqueritur Diuus ille, quod clerici legem illam meruerint; & tamen, vt ibi dicitur *ex fideicommisso poterunt hæreditatem capere*; appellatq. illam legem seueram, & crudelem. & D. etiam Ambros. lib. 2. epistolarum epist. 12. ad Valentinianum Imperatorem, conqueritur de his legibus: in qua epistola agit de tribus capitibus relatis a Symmacho Præfecto Vrbis ad Imperatorem Valentinianum. primum cap. de reddenda Religione Ethnicorum. secundum, quod sacerdotibus, & Virginibus Vestalibus emolumenta tribuenda sint. tertium, quod emolumentis sacerdotum negatis, fames sequuta publica sit. & circa secundum de emolumentis Virginum Vestalium, & sacerdotum gentilium, inquit; *Aut si arbitrantur solis Vestalibus conferendum, non pudet, vt qui totum sibi sub Imperatoribus gentilibus vendicarunt, idem sub Principibus Christianis non putent nobis sortem debere esse communem? Sacerdotibus quoque suis, & ministris queruntur alimenta publica non præberi. Quantus hinc verborum tumultus increpuit? At contra nobis etiam priuatæ successionis emolumenta recentibus legibus denegantur, & nemo conqueritur. Non enim putamus iniuriam, quia dispendium non dolemus. Si priuilegium quærat sacer-*

ſacerdos, vt onus curiale declinet patria, atque auita & omnium facultatum poſſeſſione cedendum eſt. Quomodo hanc gentiles, ſi haberent, ingrauarent querelam, quod ſacerdos ferias miniſterij ſui emat totius patrimonij ſui damno, & priuatus vniuerſæ commoditatis diſpendio, vſum publici mercatur obſequij: prætendens communis ſalutis excubias: domeſticæ inopiæ ſe mercede ſoletur. quia miniſterium non vendidit, ſed gratiam comparauit. Conferte cauſas. Vos excuſare vultis decurionem: cum eccleſiæ excuſare non liceat ſacerdotem. Scribuntur teſtamenta templorum miniſtris, nullus excipitur profanus, nullus vltimæ conditionis, nullus prodigus verecundiæ; ſoli ex omnibus clerico, commune ius clauditur, a quo ſolo, pro omnibus votum commune ſuſcipitur, officium commune defertur: nulla legata, vel grauium viduarum, nulla donatio. Et vbi in moribus culpa non deprehenditùr: tamen officio mulcta præſcribitur. Quod ſacerdotibus ſani legauerit chriſtiana vidua, valet: quod miniſtris Dei, non valet? Hæc Diuus Ambroſius. & paulo inferius ſubijcit, quod reſpondebant gentiles, ibi: *Sed referunt ea, quæ donata, vel relicta ſunt eccleſiæ, non eſſe temerata.* Reſpondet Diuus Ambroſius, *dicant, & ipſi quis templis dona detraxerit, quod factum eſt chriſtianis. Quæ ſi facta eſſent gentilibus, redderetur potius, quam inferretur iniuria. Nunccine demum iuſtitia prætenditur, æquitas poſtulatur?* Hactenus Diuus Ambroſius, cuius verba libuit hic referre, vt videant DD. Veneti, quid ſanctiſſimus vir ille, de ſuis legibus, ſi eas videret ſcriberet, quaſuè querelas excitaret: cum deteriores ſint leges Venetæ contra eccleſiam, & clerum, quam leges Imperatoris Valentiniani. Nam prima lex dicti Imperatoris, quæ eſt vigeſima, de ſolis eccleſiaſticis perſonis agat, ne hæreditatem accipiant, & l. 27. ſolam Diaconiſſam, quæ liberos habebat prohibet ſcribere hæredem eccleſiam, clericum, & pauperes. Quam longo interuallo maior ſit Venetorum legum prohibitio, ex ipſiſmet apparet, negantes id, quod hiſtrionibus, & buffonibus permiſſum eſſe voluere. Sed de eis hactenus. ne Crabronum aculeos irritaſſe videar; hoc vnum mihi certum ſit, quod propter querelam Diui

Am-

Ambrosij Imperator ille pijssimus suam in meliorem sententiam mutauit, prædictas leges 20. & 27. abrogando lege Veronæ lata: quæ incipit *legem*, quæ est 28. eod. tit. 2. de Episc. & clericis lib. 16. Codicis Theodosiani, memor verborum, quæ in eadem epistola scripsit vir ille sanctissimus. *Nullus* inquit *pudor est ad meliora transire*. quod vtinam Veneti sequantur, vt eos non pudeat suum errorem corrigere.

12 Non obstat, quod ex sententia Labeonis refert Gellius de Virginibus Vestalibus lib. 1. noctium Attic. c. 12. in fine, cuius verba sunt. *Præterea in Commentarijs Labeonis, quæ ad duodecim tabulas composuit, ita scriptum est. Virgo Vestalis, neque hæres est cuiquam intestato, neque intestatæ quisquam; sed bona eius in publicum redigi aiunt:* (addit Gellius) *id quod iure fiat quæritur*. Et eadem lege agit Symmachus lib. 1. epist. 40. Vides Gellium dubitasse an ea lex iure fieri posset, quæ mitior est, quam eæ leges, de quibus agimus. Tum etiam, quod diuersa & melior causa est, nostræ religionis; nec sacerdotes antiqui nostris pares facere fas est; vt diximus supra cum D. Thoma lib. 1. de Regim. Princ. c. 14.

13 Tum etiam quod iure Romanorum licebat Deo templis, & sacerdotibus ex testamento capere, vt supra dictum est l. Annua 20. §. 1. de ann. legat. ibi, *Attitia fideicommissum his verbis reliquit. Quisquis mihi hæres erit fidei eius committo, vt det ex redditu cenaculi mei, & horrei, post obitum sacerdoti, & Gerophilaco, & libertis, qui in illo templo erunt denaria decem, die nundinarum, quas ibi posui*; hoc autem annuum legatum erat perpetuum, vt ibi habetur, & docet Cuiacius ad l. 16. ff. de verb. obligat. Nec dicatur, quod ibi relictum erat de rebus mobili-

14 bus; *nam annuus redditus perpetuus inter bona immobilia reputatur*, l. si quis Inquilinus delegat. 1. l. iuuemus nulli, vbi glo. verbo annonas, vbi Bart. Bald. & Paulus C. de sacrosan. eccl. Tiraquellus de retract. linagier. §. 1. glo. 6. nu. 4. & 5. Mattienzus l. 7. tit. 11. glo. 1. nu. 18. lib. 5. recopilat. & sic ex dicta l. annua, constat posse immobilia legare; immo sine distinctione, an bona legata sint mobilia, vel immobilia habemus l. 1. §. ad municip. ff. ad legem falcid. ibi *etiam & quæ Deo relinquuntur*.

15 Quod

15 Quod attinet ad leges Imperatorum Romani ſenioris, & Nicephori Phocæ:dicimus quod leges abrogatæ ſunt per Imperatorem Baſilium Porphyrogennetam, refert Dionyſius Gottofredus in Conſtitutionibus Imperatorijs, poſt nouellas Iuſtiniani,qui titulus eſt Baſilij Porphyrogennetæ in hæc verba. *Quam quidem nouellam* (referuntur hæc verba ad nouellam Nicephori Phocæ præcedentem) *Porphyrogenneta dominus Baſilius iunior ſua nouella ſubſtulit Menſe Aprili ædita indictione 1, Anno 6495. Quæ & hæc expreſſe continet Imperium noſtrum, quod a Deo profectum eſt, cum & a Monachis, quorum pietas & virtus eſt teſtata, & a multis alijs legem de Dei eccleſiis, & ſanctis domibus, vel potius contra Dei eccleſias, & ſanctas eorum domos a domino Nicephoro, qui Imperium inuaſit, conditam præſentium malorum cauſam fuiſſe, & radicem, & vniuerſalis huius ſubuerſionis, & confuſionis (vt quæ ad iniuriam, & contumeliam non ſolum eccleſiarum, & ſanctarum domorum, ſed etiam Dei ipſius facta ſit) intellexiſſet, & maxime cum id re ipſa expertum eſſet, ex quo enim hæc lex eſt obſeruata, nil boni penitus in hodiernum vſque diem vitæ noſtræ occurrit: ſed contra, nullum penitus calamitatis genus defuit. Statuimus per præſentem auream bullam, vt lex prædicta ab hoc præſenti die ceſſet, & deinceps infirma, & irrita permaneat, & locum habeant, & in vſu ſint, quæ de Dei eccleſiis, & ſanctis, & religioſis domibus facta ſunt leges*; circa quam eſt notandum, quod Nicephorus lege conſtituerat duo,ne eccleſiæ prædijs locupletentur; ſecundo, quod de nouo eccleſiæ, monaſteria,aut loca pia ne fiant ſine Principis licentia: quam legem videntur ſequuti Venetus Dux, et Senatus, quos memores eſſe oporteret reuocatas eſſe per Baſilium,atque etiam malorum,quæ in Imperium ſequuta ſunt, vt ibi Baſilius refert ex obſeruatione dictæ legis Nicephori, qui impietatis pœnas Deo pendit; obijt enim lethaliter vulneratus confractis maxillis, auulſis dentibus, abſciſſoq. capite,quod per feneſtram, populo oſtenſum fuiſſe, teſtatur Ioannes Zonaras, Annalium Græcorum Imperatorum 3. tom. in Nicephoro Phoca, vt in quocumque Deum offendit puniretur, nempe ore, lingua, et capite, vt de Aduocatis dicit Accurſius in §.item ſurdus,qui-

bus.

bus non est permissum facere testamentum.

Rectior, & melior quàm Nicephori est alia Romani Argiri constitutio, qua ecclesiæ Constantinopolitanę quotannis pendi ex ærario Imperatorio octoginta auri libras, iussit, vt habetur post nouellas Iustiniani inter constitutiones Imperatorias, qui Imperator, & munificentissimum monasterium instituit, vt tradit Ioannes Zonaras 3. tom. Annalium.

16 Nec refert, quod Nicephori constitutio fuerit innouata ab Emanuele Comnenio, vt testatum reliquit Niceta Chomnieta, cum melius idem Emanuel se gesserit circa Dei cultum in nouella eiusdem c. 9. tum etiam, quod vt diximus de his rebus nulla fuit, neq. est apud Principes seculares facultas, & iuris-
17 dictio disponendi. Nam & si antiquitus sine Principis, aut Pontificis Max. licentia apud Ethnicos non possent sacra loca fieri, vel religiosa, vt in l. sacra 9. §. 1. ff. de rer. diuis. & in l. ossa 8. ff. de relig. & sumpt. funer. & in l. si in eo 5. de mortuo inferẽdo, & in l. fin. ff. vt in possessione legatorum; idq. etiam Imperatores Valens; Theodosius, & Archadius statuere in l. nemo 14. C. de religiosis, & sumptibus funerum, consecratio tamen a Pontifice fiebat §. sacræ, Instituta de rer. diuis. non autem prohibitum fuit, quin vnusquisq. ecclesiam fabricare, & ædificare posset absq. licentia Principis, & Pontificis Max. l. sancimus 46. §. si quidem C. de Episc. & cleric. & obseruat Petrus Belluga in speculo Princip. Rubr. 14. §. veniamus n. 2. & 3. allegat leg Annua 20. §. fin. de ann. legat. & l. 1. & fin. & l. sancimus 22. C. de sacrosanct. eccles. quæ non agunt de ædificatione ecclesiarum, sed de relictis, & donatis eisdem.

Id autem quod iure digestorum sine licentia Principis, & Pontificis erat statutum, antiquiori etiam iure ex l. Papiria prohibitum fuit, ne ædes sine iussu plebis consecrari possent, vt docet Vldericus Zasius in Catalogo legum antiquarum in l. Papiria de sacris agen. & hoc ius fuit etiam penes Consules, & Imperatores, docet Alex. ab Alexãdro lib. 3. genialium dierum c. 16. verùm Iustinianus hoc totum arbitrio Episcopi reliquit, vt absque eius licentia nullus possit ecclesiam ædificare, vt in Auth. vt nullus fabricet oratorij domos, præter voluntatem

tem

tem Episcopi coll. 5. & ibi Cuiacius, & tradit Iulianus Patritius const. 61. nam, vt inquit diuus Ambrosius epist. 13. ad Marcillinam sororem, & habetur in c. conuenior 21. §. ad Imperatorem 23. quæst. 8. *ad Imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem ecclesiæ.* qua propter debuissent DD. Veneti se abstinere a dicta sua l. 2. de ecclesiatum ædificat. nam vt inquit Iustinianus d. l. sancimus 18. C. de sacrosf. eccles. *cur enim facimus discrimen inter res diuinas, & humanas? & quare non competens prærogatiua calesti fauori conseruetur?* maxime si aduertissent, quod per dictam legem arcent Christum Dominum a dominio, quod sibi quæreretur in ecclesijs ædificandis iuxta tradita per Innoc. in c. cum super electione, 4. n. 2. de causa possess. & proprietatis.

18 Nec etiam obstat lex Iustiniani Imperatoris in Auth. de alienatione, & emphyteo. §. 1. nam respondetur, quod ibi non est lex aliqua lata, ne ecclesia acquirat, sed quod in materia emphyteothica (licet iure cautum nō sit) tamen in praxi receptiss. resolutio est, quod non fiat in potentiorem alienatio, ita quod dominij directi conditio deterior fiat, vt de communi docet Clarus §. emphyteosis, quæst. 22. potentiores autem personæ intelliguntur, quæ magis priuiligiatæ sunt; vt ecclesiæ, clerici, & milites: quæ ratio parum ad rem nostram confert, in qua inducitur maior prohibitio circa omnia bona stabilia contra ecclesiam.

19 Eadem ratione excluditur, & alia ratio, quam Signorolus, & alij desumunt ex feudo, quod non potest in piam causam relinqui; nam illud est, ne fiat deterius dominium directum domini feudi, & quia de feudo testari non potest, vt per Clarum §. feudum. quæst. 40. vers. ex hac conclusione, in qua quæstione Clarus distinguit inter feuda hæreditaria, de quibus potest ad libitum disponere, & inter alia feuda.

20 Nec etiam obstat alia lex Regni Siciliæ, quæ alienationes rerum stabilium fieri prohibet in ecclesijs; nam ea lex reuocata fuit a Carolo 2. vt constat ex lib. constitūt. & capitulorum vtriusque Siciliæ in cap. Caroli 2. incipiēti. *Item statuimus, quod possessiones;* satisque esse arbitratus est si bona immobilia, cum onere suo ad ecclesiam transferant, iuxta l. pen. C. de exa-

M ctor.

ctor.tribut.lib.10. & iuxta doctrinam Bart.l.rescripto §.1.nu. 5. de muner. & honor. Et omnes hæ Constitutiones a Federico 2. & Carolo 4. tamquam contra libertatem ecclesiasticã, reuocatæ fuerunt, vt constat in Authen. cassa, & irrita C. de sacrosanct.eccles. & habetur copiosius in tom.3.Conciliorum ad finem Constantiensis Concilij, & tradit Ioannes Imbertus Rupellanus Forens. Institut.lib.4.c.6. Petrus Pechius de ammortizat. c.6. nu. 1. Quæ acquisitio bonorum stabilium religiosis permissa est a Concilio Tridentino sess.25.c. 3. de Regular.

21 Ammortizationis quoque leges, de quibus in primo argumento contrario, nil obstant. eas enim nonnulli (& malè) defendere conantur ex adductis in hoc primo argumento opinionis Signoroli & Bald. eo quod agant dictæ leges de bonis quærendis, non de quæsitis. quæ distinctio a nobis reiecta est. Alij (& deterius) vt est Belluga d.rubr.14.§.veniamus, nu.30. & 31. quia a principio omnia fuerunt Regis, & merito Rex in traditione rei piæ potuit apponere legem ammortizationis. sed hoc non potest substineri, quia Princeps non fuit dominus omnium bonorum sui Regni, sed quoad protectionem, & iurisdictionem, vt in l. benè a Zenone vbi glo. recepta C. de quadric.præscript. nam Princeps a populo potestatem habet. §. sed quod Principi placuit, de iure natur. Alij (& melius) vt ibi per Bellugam nu.37. dicunt, quod hæ leges ammortizationis sunt mixtæ laicorum, & clericorum latæ in Comitijs Curiatis omnium statuum. Alij (& rectius) vt Pechius d.c. 6. id totum tribuit scientiæ, & patientiæ Pontificum, quæ ratio cessat in legibus Venetis.

22 Fuit, & aliquando apud nos in Regno Castellæ lex ammortizationis a Rege Ioanne 2. lata Pintiæ Anno 1442. scripta in libro ordinationum Regum Catholicorum l.7.tit.9.lib.5. ordinat. veter. Reg. Cathol. vbi cautum erat, ne quis alienaret bona immobilia in exemptos a Regia iurisdictione, quod si alienauerit rem immobilem, quinta pars valoris rei Regi daretur, quam imposuit super ipsis rebus, ita vt cum hoc onere transeant ad quoscumque iuxta doctrinam Bart. in l.rescripto

§. 1. de muner. Quæ lex meritò à Catholico, & sapientissimo Rege, ac domino nostro Philippo 2. (cuius animam in pace apud Deum requiescere credimus) non fuit recopilata in noua recollectione legum nostrarum eius iussu ædita; immo fuit inde sublata, ac proinde correcta, iuxta prohemium illius collectionis, in qua habemus aliam legem, quæ est l.3.tit.3.lib.1. quæ prohibet leges fieri contra libertatem ecclesiasticam, vt obseruat Ioannes Mattienzo l.10.tit.11.glo.5.n.4.& 5. lib.5. recopilationis.

23 Neque obstat lex Mauritij Imperatoris, qua prohibebat milites monachos fieri. Nam Diuus Gregorius improbauit illã legem vti iniustam, vt tradit Illustriss. Card. Baronius loco citato, Anno 592. ad finem, & Anno 593. in Gregorio Magno.

Nec obstat lex Caroli Magni (quam ego non potui inuenire in Cap. Caroli Magni) nam eadem pollet iniustitia.

Nec obstat decretum Theodorici Regis Gothorum de quo Cassiodorus lib. 2. Variarum, epist. 29. Adilæ V. S. Comiti, cuius meminit Menoch.cons.1000.nu.41. lib.10. vbi tempore Diui Eustorgij Episcopi Mediolanen. Theodoricus Rex habebat iurisdictionem in clericos, & ecclesias. Nam respondetur, quod vis illa, qua Principes seculares, maxime Arriani, vsurpabãt iurisdictionem ecclesiasticam anno Christi 525. quo vixit ille Rex, durauit vsque ad tempora Iustiniani, & deinceps; nec tunc temporis ecclesiæ infantia poterat illi resistere: iure tamen similem iurisdictionem numquam habuere, vt probat ex multis locis Scripturæ, Concilijs, & sanctis Patribus Iodocus Coccius in thesauro catholico 1. par.lib.7. de hierarchia ecclesiastica art.22.

24 Minime etiam obstat aliud fundamentum adductum ad probandum, quod non defuit iurisdictio in Principibus secularibus ad ferendas huiusmodi leges, quod sicut ecclesia potuit prohibere alienationem rerum suarum in laicos sine certa solemnitate, sic & Resp. in rebus profanis poterit clericos arcere ab earum emptione, & acquisitione, l. in quorum 24. ff. de pignoribus; nam respondetur, quod argumentum a simili facile diluitur, data etiam parua ~~definitione~~, vt docet

Euerardus in Topycis legalibus loco a simili nu.3. quod autem distent Decreta Pontificia prohibentia alienationem ecclesiæ, ab his legibus patet. Nam prohibitio ecclesiastica generalis est, tam ad laicos, quam ad clericos, nec in alicuius odium facta, sed præstita forma, qua illa bona alienentur, sicut ea lex ciuilis formam constituit alienationi rerum minoris, cui ecclesia æquiparatur; nam minoris bona, et ecclesiæ sub administratoribus constituta sunt, ideoq. non libere fas est illis ea alienare l.non omni.C.de administratione tutorum. Cæterum laici suarum rerum maiorem curam habent, nec eas (credendum est) velle perdere. l. filiusfamilias.ff.de donation. ideoq. illis non est administratio interdicenda, nisi prodigalitatis vitio laborent. l. is cui bonis. ff. de verbor. oblig. l. in re mandata.C. mandati; tunc etiam, quia prohibitio ecclesiastica fit in rem non in personam, vt per Alciatum in Auth. cassa, et irrita nu.14.et ante eum Abb.c.quod clericis.nu.30.de foro compet.Decius.c.ecclesia S.Mariæ.n.266.de constit.

Cæterum leges Venetæ hanc laicis prohibent, non quia prodigi, nec in eorum gratiam et fauorem; sed potius, ne ecclesiæ, et clerici bona stabilia acquirant. Accedit, quod per has leges læditur iurisdictio ecclesiastica, quæ maior est seculari.c. cum inferior.de maiorit.et obedien.c.per venerabilem, qui filij sint legitimi; tum etiam. quod laici non sunt ita priuilegiati, vt ecclesiæ; et ex alijs pluribus differentijs, quæ inter bona ecclesiastica, et secularia quilibet iurisperitus inuenire poterit.

Diluuntur etiam argumenta adducta, ad probandum, quod dictæ leges non sunt contra libertatem ecclesiasticam, proposita in 2. cap. probationis aduersæ.

25 NOn, inquam, obstat primum argumentum, quod dictæ leges non disponunt de rebus quæsitis, sed quærendis. Nam hæc differentia explosa late a nobis est supra: Cui non

obstat authoritas Bald. allegata in rubr. de constitution. nu. 10. Vera enim non est, cum nitatur ea distinctione a nobis improbata inter quæsita, & quærenda bona.

26 Nec obstat authoritas Bart. in sæpe allegata l. rescripto. §. sciendum nu. 5. de muner. & honor. quem sequuntur aliqui DD. relati a Surdo decis. 20. nu. 11. Nam opinio Bart. nititur in illa reprobata distinctione de quæsitis, & quærendis, & licet Bartholum sequatur Iason. in l. filiusfamilias. §. diui. nu. 78. tamen contra Bartholum stant plures alij Doctores ab eodem Iasone relati in l. placet, C. de sacrosanct. eccles. secunda lect. nu. 21. & contra eum est verior, & communis opinio, vt post plures testatur Didacus Perez l. 1. tit. 3, lib. 1. ordina. veter. pag. 90. & Ioannes Mattienzo. l. 10. tit. 11. lib. 5. nouæ recopilationis gloss. 5. nu. 5. & tradit doctissimus Gregorius Lopez. l. 55. tit. 6. de clericis partit. 1. verbo el Rey. & plures relati a Tiraquello de retractu linagier. §. 1. verbo l'achepteur, gloss. 3. a nu. 11. & 17. Ioannes Gutirrez Practicarum quæst. lib. 2. q. 132. nu. 5. Hieron. Zauallos Practicarum quæst. communium contra communes q. 37. nu. 16. & q. 142. & est verior, & tutior opinio, vt agnoscit Felynus in c. ecclesia S. Mariæ, nu. 76. & ibi Decius nu. 52. Hieron. Cagnolus l. fin. C. de pactis. nu. 148. & contra opinionem Bartholi, aduerto, quod statutum, de quo Bartholus disponit circa tempus futurum, quando bona transitum faciunt in personam priuilegiatam, nam debet attendi tempus exequutionis, non vero tempus in quo est factum statutum, vt docet Bald. in l. cunctos populos, nu. 20. C. de summ. Trinit. & quia effectus statuti habet tractum successiuum, & exequutionem de futuro, scilicet quando bona venient in personam priuilegiatam, ad tradita per Tiraquellum, de iure primogeniorum. q. 43. nu. 13. Nam idem est fieri aliquid tempore inhabili, vel conferri in tempus inhabile, & e contra, ad tradita in l. in tempus ff. de hæred. instituen. & ad fundamenta adducta per Bart. respondit Geminian. in c. i. de immunit. ecclef. & Hieron. Albanus in tract. de immunit. ecclef. nu. 70.

27 Ex eadem ratione non potest subsistineri opinio Bartoli, etiã si onus impositum sit inuariabile, & certum, & in certa quantitate; nam per ll.hoc fieri non potest in præiudicium ecclesiæ & clericorum, qui non debent grauari, eo quod sint immunes, & priuilegiati, ne eis priuilegia sint nociua; tum etiam, quia collecta est onus, quod personis imponitur secundum quantitatem possessionũ, & rerum, ita quod collectæ sunt onera mixta d.l.rescripto §.fin.de muner. & honor. & ita collecta, quantum ad obligationem est onus personale, & quantum ad quãtitatem est reale, quia persona est obligata pro quantitate rerum, ac pro inde quando imponitur onus ab statuto super rebus certũ, & inuariabile, id censetur fieri in fraudem ecclesiarum, & ita est eadem ratio, ac si esset onus variabile, & incertum, quod bene obseruauit Hieron. Albanus in tractat. de immunit.eccles.a principio, & maximè n.70.quicquid contradicant alij, distinguendo, an onera certa, & firma, & inuariabilia sint, an verò incerta, & variabilia, vt per Abb. & alios in c. eccles.S.Mariæ; vbi Decius n.215. Nec enim hæc distinctio admittenda est, quando per statutum onus soluendum imponitur in futurum, aliter si id fiat per speciale contractum Principis, vel contrahentium, vt obseruat Gregorius d.l.55. verbo *el Rey lo huuiese defendido*. cum adductis a Mattienzo in d.l.11. tit.10.lib.5.recopilationis, gloss.5.n.5.

28 Vnde defecit Ioannes Dried. de libertate Christiana lib. 2. c.3.ad finem, vers. vnde, dicens, quod prædia omnia sunt obligata pro tributis Reip. impositis, & imponendis, & cum hoc onere transeunt in ecclesiam.

Defecerunt etiam Bald.in l.si debitori C.de distraction. pignor.& Afflictus in const.Regni incipienti hac edictali tract.2. dum dicunt, *quod bona alibrata in Catastro pro collectis transeunt cum illo onere in ecclesiam*; nam contrarium tenet Bald. Abb. & alij vt per Decium d. c.ecclesia nu. 216. & n. 191. & ante eos Barr.cons. 189. incipienti si aliqua possessio, quem sequitur Laudensis in tract. de fisco, vers.116.incipienti, emptores redditum, & Ioannes Agnellus de votis ad cap. Caroli 2. Regis Siciliæ in c.incipienti, item statuimus quod clerici.vers. adde,

quod

quod si sit aliqua possessio. Et Sebastianus Neapodanus ad constitutionem eiusdem Caroli 2. incipien. item statuimus quod possessiones, & plures relati a Camillo Borrello in additionibus ad Bellugam n. 31. littera P.

19 Si tamen esset aliquod onus reale, vt canō emphyteothicū, aut annuus redditus, vel si prædia essent patrimonialia Principis, vel fisci, pro quibus possessores fisco annuum redditum, & tributum certum soluunt, bene transirent illa bona ad ecclesiam cum illo onere reali, sic intelliges titulum C. sine censu, vel reliquis, & quæ tradit Menchaca d. §. 10. lib. 1. de successionum creatione n. 652. Didacus Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordinamen. pag. 90. Mattienzus d. l. 10. n. 11. glos. 5. n. 5. & quæ dicit Menochius cons. 63. n. 11. lib. 1. & Mandellus Albensis cons. 8. & ita est intelligenda l. 3. tit. 3. lib. 1. recopilationis vers. *otro si, que la hæredad, que fuere tributaria, en que sea el tributo appropiado a la heredad, qualquier clerigo, que la tal heredad comprare tributaria, que peche aquel tributo, que es appropiado, e anexo a la tal heredad.* idest, quod si fuerit res tributaria, quicunque clericus illius emptor, soluat illud tributum annexum, & proprium dictæ rei. Et ita intelligi debet constitutio, hac edictali lib. 3. constitution. Regni Siciliæ tit. de reuocatione feudi, & in capitibus Caroli 2. Regis Siciliæ in c. incipienti. *item statuimus, quod possessiones.* Et in hoc casu est intelligenda lex, si diuina domus 8. C. de exaction. tribut. tit. 19. lib. 10. Codicis, quæ in hoc non est correcta, quicquid dicat Neapodanus d. c. item statuimus.

30 Vnde Bart. ipse præsentiens difficultatem suæ opinionis in d. l. rescripto §. sciendum, in hac quæst. submittit se determinationi sanctæ ecclesiæ, ex quibus satis manet resoluta difficultas Signoroli, & Baldi distinguentium, vtrum lædatur ecclesia in bonis quæsitis, an in quærendis, & an lædatur in his, quę competunt de iure communi, an ex priuilegio.

Nec his obstat, quod tollere lucrum non est facere contra
31 libertatem ecclesiasticam, ex allegata lege Titio centum §. Titio centum, el primiero, & 2. de condition. & demonstration. nam respondetur iuxta glos. Bart. & Soccini, ibi n. 3. cuius verba sunt. *Qui lucrum perdit, damnum recipit, quando aufero tibi lucrum*

crum quod habes, aliunde video tibi inferre damnum, si vero a me lucrum habes, possum tibi illud tollere, si non facis quod ego volo, nec per hoc infringitur tua libertas, quod tibi ego tollam lucrum, vt in casu illius text. testator inuitabat ad matrimonium spe lucri, ibi, *aliud est enim eligendi matrimonij pœnæ metu libertatem auferri, aliud ad testamentum certa lege inuitari.*

Et sic in re de qua agimus, aliud est per statutum auferre mihi libertatem acquirendi, quam a iure habeo, aliud si pacto aut testamento testator disponat, ne bona perueniant ad ecclesiam: nam in primo casu ecclesia damnum patitur, & fit contra eius libertatem: in secundo minime vt infra dicemus in solutione argumenti a pacto ad legem. hæc de prima difficultate, & argumento Baldi, & Signoroli.

32 Non obstat secundum argumentum; videlicet, quod dictæ leges non tollunt in totum, & generaliter facultatem acquirendi, sed in certo vsu, nempe respectu bonorum stabilium: & vt prohibitio de non acquirendo sit contra libertatem ecclesiasticam, necesse est quod sit generalis, & quod de clericis, & ecclesijs fiat expresse, & ita conantur effugere difficultatẽ tex. in c.fin.de immunit. eccles. lib. 6. & hoc assumptum probant exemplis adductis a Doctoribus, quando augetur per statutũ legitimorum filiorum, quod tunc non potest ecclesiæ relinqui in præiudicium legitimæ auctæ filiorum, ex Feder. cons. 85. Loazes §.diui. Abb.cons.63.lib.1.Franch.decis.411.n.4. Et in prohibitione ne arma vendatur non subditis, & in exemplo, ne eisdem prædia in confinio posita vendantur, & in alio exemplo, de domo alicuius particularis destinata ad vsum publicum, quod non vendatur non subdito.

Circa istud argumentum, aduertendum est, quod eius maior propositio est falsa, & eam reprehendunt Felyn.d.c.ecclesia.nu.118. & Franch.c.fin.col.1.in fine.

Secundo, quod est falsa, nam cum iura præcipiant libertatem, & iurisdictionem ecclesiasticam esse intactam, & immunem; nil refert, lędantur in toto, vel in parte, cum eadem sit ratio prohibitionis. & valeat argumentũ de toto quoad partem

l. quæ

l. quae de toto, ff. de rei vindicatione, & rursus si quis plus, & minus non differunt specie, l. fin. ff. de fundo instructo; nauis parua, aut magna non sunt diuersae speciei, & quando lex constituit certum pretium rei, etiam si laesio contingat in parte, vel in toto, nil refert, vt dicit Bald. l. 2. C. de rescinden. venditione.

33 Tertio, quia ita deficit iurisdictio, quando statutum disponit, et prohibet in casu certo, sicut quando prohibet generaliter, et vtroq. casu laeditur iurisdictio ecclesiastica. deniq. cōtra hanc opinionem expendo text. in c. quae in ecclesiarū. vbi statutum laicorum non erat generale, nec in totum prohibebat acquisitionem fieri in ecclesiam, sed tantum quoad dominiū vtile rerum emphyteothicarum ecclesiae, et clericorum, & in certo, et raro casu, quando dominus vtilis pateretur paupertatem. secundo per tex. in c. eccles. S. Mariae, vbi statutum laicorū nō prohibet generaliter, sed in casu particulari, videlicet, quādo res esset litigiosa, et tamen non comprehendit ecclesiam. tertio ex c. quanto, de priuilegijs, vbi prohibitio non erat generalis, nec prohibebat, quod ecclesia non posset acquirere, sed tantum in casu speciali, puta ex furnis, et molendinis: et

34 tamen reprobatur illa prohibitio. quarto expanditur decisio Bonifacij Octaui d. c. fin. de immunitate ecclesiarum. lib. 6. ibi, *quicumque vendant, aut emant*, vbi vtitur disiunctiua, ibi *vendant, aut emant*, ad cuius veritatem sufficit, quod vna pars sit vera. l. si haeredi plures. 5. ff. de condition. Institution. ibi *si disiunctim*, et in l. cum pupillus. 78. §. disiunctiuo modo ff. de condit. et demonstr. ibi *alterum defecisse non oberit*.

Circa quem text. aduertendum est, quod aduersarij, vt eneruent difficultatem illius tex. dicunt, quod vt statutum dicatur esse contra libertatem ecclesiasticam necesse est, quod sit factum in eius odium, ita Bald. in d. c. ecclesia S. Mariae, n. 6. et videtur hoc praesensisse glo. verbo subditis in d. c. fin. vbi dicit, *quod competit actio de dolo clericis contra statuentes*. et pro hac sententia videtur text. in d. c. quanto, vers. nolentes, ibi *in fraudem priuilegiorum*, at fraus non praesumitur l. merito ff. pro socio.

Vnde dicit Signorolus d.conſ.21.quod adhoc,vt ſtatutum dicatur fieri contra libertatem eccleſiaſticam, & eam lædat, duo ſunt neceſſaria. Primum,quod in eo fiat ſpecifica mentio eccleſiarum, aut clericorum, vt in d.c.fin. ibi *ne Prælatis*, *aut clericis* etc. nam expreſſa nocent, non expreſſa non nocent. l. non vnquam ff. de condition. & demonſtrat. Secundũ,quod prohibitio ſit generalis, vt in d.c. fin. ibi *ne quicquam vendant*. nã ex forma ipſius prohibitionis colligitur, quod inclinant vt obſequia clericis, & eccleſijs denegentur. Et magis videtur ſtatutũ malitijs indulgere, quam conſeruare publicam vtilitatẽ.& quia tũc illa generalis prohibitio eſt nimis præiudicialis, non vero ſpecialis circa bona ſtabilia, & ita dicunt procedere diſpoſitionem text.d.c.fin.vt tradit Iaſon in l.filiusfam.§.diui, nu.81.de legat.1. Decius in c.eccleſia S.Mariæ nu.249.& idẽ dicunt, ſi ſtatutum dicat nil poſſe vendi non ſubſtinentibus onera; nam per hoc indirectò cogerentur clerici, & eccleſia ad ea ſubſtinenda: & ſic violaretur immunitas eccleſiaſtica, & iſte eſt intellectus illius c.fin. vt dicit Card. in repet. c. perpendimus nu.13.verſ. ex his hæc quæſtio.

Vnde cum leges Venetorum non prohibeant generaliter ne quicquam eccleſijs, vel clericis vendatur, ſed ſpecialiter, & in certo caſu,hoc eſt in bonis immobilibus, & ſi faciat ſpecificam mentionem, aut prohibitionem de eccleſijs, & clericis,non videntur eſſe contra libertatem eccleſiæ.

35 Circa hanc doctrinam, & intellectum d.c. fin. dico. Primo quod iſta doctrina eſt contra communem opinionem ſupra relatam iuxta ſententiam Bart. d. §.diui, nu.12. vbi doctores communiter ponunt exemplum in ſtatuto prohibente bona ſtabilia alienari in clericos; immo, & in fortiori caſu, quando non eſt facta mentio clericorum, ſed ſtatutum prohibet ne bona ſtabilia alienentur in non ſubditum iuriſdictioni ſtatuentium.

Secundo dico, quod in ſpecie hæc doctrina, & diſtinctio (quando prohibitio eſt generalis aut particularis) improbatur a Felyno d.c.eccleſia nu.118. Franchus d. c. fin. verſ. vlt. nota, col.1. ad fin. vbi loquitur diſiunctiuè, quando prohibet

lai-

laicos cum clericis contrahere, vel impedit eis obsequia præstari, & in vers. & ad prædicta, dicit quod dictum Federici d. cons.85. videtur deuiare a supradictis; videlicet, quod non potest fieri hæc prohibitio, vt dixit in vers. vlt. nota, & vers. quod autem, Ancharan.d.c.fin.nu.1. dicit, *quod subditis potest prohiberi, ne contrahant cum non subditis secularibus, non tamen potest illis prohiberi ne contrahant cum clericis.*

Tertio, quod quatenus dicunt Signorolus, & Baldus, *quod non præsumitur fraus, aut dolus*, contrarium tenet Hostien. & Ioannes Andreas in c. quanto, col.1. in fi. de priuilegijs, vbi dicunt, *quod quando violatur libertas ecclesiastica, bona fides esse non potest, nec præsumitur.*

Quarto, quod prædicta distinctio confunditur ex rationibus, & iuribus a nobis allegatis.

36 Quinto, quod ad hoc vt dicatur violari ecclesiastica libertas, non est necesse coniungere illa duo requisita, quæ coniungunt Signorolus, & Bald. Iason, & Decius, vt probat illa quæstio superius examinata, quando statutum prohibet alienationem bonorum stabilium fieri in non subditum, nulla tamen facta mentione clericorum, nam non comprehendit clericos, quia nec de eis posset expresse prohibere, & hæc est cōmunis sententia, vt ibi diximus, & etiam probatur authoritate multorum DD. quos superius adduximus in 2. q. quando fit prohibitio ne bona stabilia alienentur in clericos; nam vt ibi diximus satis est, quod fiat specifica mentio clericorum, vt dicatur fieri contra libertatem ecclesiæ, vsurpando eius iurisdictionem contra personas ecclesiasticas, & prohibendo illis quod a iure communi sibi est concessum, vt per Grammaticū decis. 100.nu.13. Tum etiam, quia ita expressè nostram hanc opinionem probat Card.d.c.perpendimus, nu.13. vers. ex his hæc quæstio ad finem illius versiculi, ibi, *quando ex forma prohibitionis colligitur, quod in derogationem ecclesiasticæ libertatis talia fiant.* Sequitur, & facit, vt quia fit mentio de clericis, vt ibi, vel quia prohibitio est talis, quæ vergit in omnimodum detrimentum ecclesiarum, vt in exemplis ibi positis. Et ita Cardin. agens de intellectu d. c. fin. intelligit, *quod satis est,*

verbo fiat mentio ecclesiarum, *vel quia prohibitio est talis*, *quod vergit in omnimodum detrimentum*, & sic non exigit Cardin. vtriusque concursum, & idem docet Felynus in c. ecclesia nu. 15. de constitut. idemq. tenet Grotus d. §. diui. nu. 80. vbi dicit *quod eo ipso*, *quod in prohibitione fiat expressa mentio de clericis*, *probatur dolus*. Verba Groti sunt. *opinio Baldi videtur confundi per text. in cap. fin. de immunit. ecclesi. lib. 6. ad quem potest responderi*, *quod ideo ibi non valet statutum*, *de quo ibi*, *quia in specie prohibebat commercium fieri posse cum clericis*, *& nullos excludebat a commercio subditorum nisi clericos*; *ideo ex hoc præsumitur emanasse potius odio clericorum*, *quam ob vtilitatem publicam* : *& ideo non valet* : sed in quæstione Bart. secus est, tenendo tamen communem opinionem DD. & ideo dixit, *quod in quæstione Bart. secus erat*; *quia Bart. non ponit quæstionem in statuto*, *faciente mentionem clericorum*, vt diximus in eius opinione supra. Vides Grotum loquutum ac si vidisset Venetas leges? & hoc videtur sensisse gloss. d. c. fin. dum eo casu dicit *præsumi dolum contra statutarios*, & ibi dicit Archidiaconus in verbo *interdicunt*, *quod faciebant fraudem legi*.

37 Sexto dico, quod opinio Signoroli non potest adaptari ad legem secundam Venetam, quæ generaliter prohibet ecclesias fieri sine licentia Senatus, & cum ea prohibitio generalis sit, & de clericis loquatur; & ita iuxta Signoroli, & Baldi sententiam dicendum est contra libertatem ecclesiasticam esse.

Septimo dico, quod in d. c. fin. ibi *ne quicquam emant*, casus ita contigit, vt statutum eo modo fieret. immo & si esset generalis illa prohibitio, non excluderet prohibitionem particularem factam in certo casu. nam eadem est ratio totius ad partes, & partium ad totum. Et etiam per iura adducta in d. c. quæ in ecclesiarum, & d. c. ecclesia, & d. c. quanto. tollitur hæc differentia. & in c. grauem 53. vbi non erat generalis prohibitio.

38 Octauo, quod in d. c. quanto. propterea ibi fit mentio fraudis, quia cum Prælati non possent excōmunicare monachos,

excommunicabant laicos accedentes ad furnos, & molendina monachorum, & ita fiebat fraus de persona ad personam; vt probatur in versi. ex hoc illud, vbi notat gloss. verbo: iudicio hadæbrum, & ibi DD. de his quæ sunt a maiori parte cap. c. 1. Nono, quod in d. c. fin. non erat generalis prohibitio, sed specialis, nempe vt quicquam non vendant, aut emant, & sic loquitur alternatiuè, vt modo diximus.
39 Decimo, quod prohibitio quæ fit per legem tertiam Venetam, est deterior, & generalior, quam illa, de qua in d. c. fin. nā ibi prohibebatur per statutum laicorum vnus contractus emptionis, aut venditionis, & ne molant, aut coquant panem. At in lege illa tertia prohibentur ecclesiæ, et ecclesiasticæ personæ generaliter acquirere ex quocumque titulo oneroso, et lucratiuo sub pœna grauissima nullitatis, et alijs pœnis ibi positis inter viuos, et in vltima voluntate, et ab intestato: Bal. in l. ea lege. n. 13. de cond. ob causam. Bart. l. si ita quis. §. ea lege n. 7. vbi DD. ff. de verb. oblig. cum adductis a Carpano in cōstitut. Mediolan. incipienti Collegium. vers. nec etiam. nu. 76. cum seqq. Cæterum in c. fin. non fit tam lata prohibitio; nam poterant acquirere ex alijs causis, quam ex vēditione, et emptione, vt tradit Bald. cons. 3 to. nu. 3. lib. 3. Alex. cons. 120. n. 2. lib. 1. Carpanus d. n. 76.
40 Vndecimo potest dici, quod prohibitio, quæ fit per dictam legem tertiam Venetam est generalis, cum loquatur de bonis stabilibus; nam licet relinquat facultatē acquirendi mobilia, non debet esse alicuius momenti, cum bona mobilia, et pecunia sine bonis stabilibus fragilis sit, vt in l. si chorus 79. de leg. 3. vbi Proculus I. C. ait, *& audisse se rusticos senes ita dicentes, pecuniam sine peculio fragilem esse*. Scio alium esse sensum illorum verborum, tamen bene verba illa in hanc rem nostram induci possunt: nam nullus diues verè dici potest, cuius bona in pecunia, et mobilibus consistunt. cum ea facillimè expendantur, & Hispanè dicitur (*la hazienda de tus enemigos en dinero la veas*) hoc est inimicorum tuorum bona videas esse in pecunia, quia facillime consumi possunt, et regulariter in bonis stabilibus est melior, et maior pars bonorum,
quod

quod vtique est considerandum. lex enim semper reputat ab omnibus esse approbatum, quod a maiori parte probatur l. quod maior ff. ad municipalem. c. cum omnes. de constitut. c. 1. de his quæ fiunt a maiori parte capituli. l. & sunt. ff. de pactis, & sic lex quæ prohibet ne ecclesiæ bona acquirant immobilia perinde reputari debet, ac si prohiberet ne ecclesia quicquam acquirat; cætera bona cum minima sint non sunt in consideratione l. scio ff. de in integrum restit.

41 Duodecimo dicimus, quod non obstant exempla superius adducta de legitima aucta filiorum; nam illud nullo modo potest dici, quod sit contra libertatem ecclesiasticam, nec in eius odium: aliud est enim legitimam filiorum augere, quæ cum sit, quantum ad quantitatem, de iure positiuo eius augumentum non potest dici factum contra libertatem ecclesiasticam; vt docet Illustriss. Card. Tusch. d. concl. 342. n. 111. nam vt dixit D. Augustinus, *qui instituit ecclesiam, & exhæredat filium, alium quærat pro consilio, quam Augustinum*.

Aliud autem est præcludere ecclesijs viam, & modũ quærendi dominia rerum stabilium; nam hoc vergit in odium ecclesiarum, vt sæpius dictum est, atque etiam vsurpat iurisdictionem ecclesiæ, dum ipsum, & clericos inhabiles facit; nam licet verba in subditos dirigantur, mens tamen tendit in ecclesiam, & clericos, vt notant glo. d. c. quanto, & in d. c. fin. de rebus ecclesiæ; immo & in casu quo loquitur Federicus de statuto augente legitimam, contrarium videtur tenere Franchus d. c. fin. col. 2. & contra opinionem Federici; immo quod lex quæ laicos certam rem speciatim clericis venundari vetat, pugnat cum libertate ecclesiastica, tradit Pechius de ammortizatione c. 6. vers. & cum ea lex, sequutus Felynum d. c. ecclesia n. 117. & 118.

Cætera vero exempla de prohibitione armorum, & prædiorum, quæ sunt in confinio, & de domo ad vsum publicum destinata, videntur etiam attingere tertiam difficultatem; ideo ad ibi dicenda lectorem mittimus.

42 Non obstat tertium argumentum, quo fiebat distinctio, an per legem inferatur magnum præiudicium ecclesiæ, vt tunc pro-

procedat communis opinio Bart. & aliorum secus si leue, aut parum præiudicium, vt in exemplis positis in solutione 2. argumenti, videlicet quando prohibentur alienari in ecclesiam fundi positi in confinibus; vel arma, ne alientur in non subditum iurisdictioni, vel in domo distinata ad vsum publicum, vnde dicunt, *quod statutum, quod prohibet alienari bona stabilia, parum præiudicium affert*.

Circa hoc argumentum dici possunt omnia, quæ dicta sunt in solutione 2. argumenti proximè explicati, & quod hoc argumentũ est falsum, & contra iura in d.c. quæ in ecclesiarum, & c. ecclesia S. Mariæ & c. quanto. in quibus, quæ statuta disponebant, non erant magni præiudicij, videlicet quod de dominio vtili alienato per vassallum pauperem sine licentia domini. Item & in re litigiosa alienata, vt d. c. ecclesia, & de prohibitione, ne accedant ad molendina, vel furnos ecclesiæ, & tamen ea reputantur contra libertatem ecclesiasticam, & declarantur nulla. vide Illustriss. Card. Tusch. d. concl. 342. n. 108. Secundo dico, quod prohibitio legum Venetarum non potest dici, quod sit de re leui, sed graui, vt dictum est in solutione 2. argumenti, & ita in specie tenet Felynus d. c. ecclesia n. 115. quia non videtur esse leue præiudicium inhabilitare ecclesiam, & clericos in acquisitione bonorum immobilium, & ista est communis opinio cum Bart. d. §. diui. n. 12. & in specie, quod non sit leue præiudicium istud, sed magnum docet Loazes d. §. diui. nu. 157. vers. 1 limitatur Franc. d. c. fin. & quia non potest leue præiudicium dici, cum vsurpet iurisdictionem ecclesiæ, & quia, vt inquit Abb. d. c. quod clericis, ex obseruantia dictæ legis dicetur clericos, & ecclesias esse subiectas seculari dispositioni, vt etiam aduertit Fortunius Garzias de vltimo fine iuris ciuilis n. 163. Tertio, quia non potest censeri: quod modice lædat quando læditur ecclesia in sua iurisdictione, & libertate acquirendi, quia, *non benè pro toto*
43 *libertas venditur auro*. Quarto, quia quando læsio inducit contemptum, modica læsio consideratur ac si esset magna, c. maioribus 8. de præbendis, ibi, *id circo, vt sicut in magnis, ita quoque in minimis membris firmatam ecclesia habet vniuersitatem*. vbi gl.

verba

quod in minimis. notat idem iuris esse in paruis, quod in magnis, quod explicat Tiraquellus in tract. de iudicio in rebus exiguis ferendo, in fine, & quando ex minimis contemptus inducitur tunc consideratur ac si esset magna res. Quinto, quia dictæ leges numquam possunt esse in gratiam, & vtilitatem ecclesiarum, & clericorum, sed semper in damnum, quod sat est, vt dicantur esse contra libertatem ecclesiasticam. Abb. in repet. c. ecclesia n. 17. Sexto, quia sat etiam est, quod nominatim disponant de clericis, & ecclesijs, ex traditis ab Ambrosio de Opizonibus d. §. diui. n. 86. Nã tunc vt dictum est ex forma prohibitionis colligitur, quod sit contra libertatem ecclesię, vt
44 per Felynum in d. c. ecclesia n. 115. Septimo, quia lex Veneta, quæ prohibet fieri ecclesias sine licentia Senatus, disponit circa ea, de quibus ad ecclesiam spectat disponere, ideo est contra libertatem ecclesiæ c. fin. de rebus ecclesię non alienandis, & c. bonę 16. distinct. & tradit Card. d. c. perpendimus n. 13. vers. ex his hęc quęstio. Decius c. ecclesia n. 249.
45 Nec obstant exempla de armis; nam cum illa sint prohibita clericis, non potest dici, quod tale statutum lædat, vt aduertit Felynus in d. c. ecclesia. n. 111. verum alia exempla de prædijs in confinio positis, aut de domo destinata ad vsum publicum, ex rationibus supra dictis videtur corruere, & ita recte de illis dubitabat Fely. n. 114. & 115. quia, vt dictum est nõ est leue prętiudicium inhabilitare ecclesiam etiam ad minimam rem. Sed si teneamus ea, quis non videt longe diuersam esse rationem dictæ lęsionis minimæ, ad lesionem maximam, quę inducitur ecclesijs per dictas leges Venetas?
46 Nec obstant iura adducta ad probandum de minimis non esse curandum l. scio de restitutione in integrum; nam illa lex contrarium probat ibi *nisi maioris rei, vel summæ præiudicetur.* Neque obstant alię leges allegatę in quibus non attenditur minima res; nam in illis diuersa ratio est, quam in re de qua agimus, in qua læditur authoritas, & iurisdictio, & libertas ecclesię.
47 Non obstat quartum argumentum, quod leges illæ dant formam contractibus laicorum, vt non possint alienare stabilia

stabilia sine licentia Senatus.

Nam respondetur.primo ex dictis supra in solut.primi argumenti,in distinctione illa trimembri, quando datur forma generaliter &c.& dicimus, quod sumus in tertio casu distinctionis quando prohibitio est specifica contra ecclesiam, & clericos; nam tunc non tenet, licet det formam contrahendi suis subditis, quia necessario etiam dat non subditis. Et deficit iurisdictio ad informandum contractus clericorum, & ad nullitatem inducendam actus, & pœnam contra transgressores ponendam;in quam ecclesia, & clerici iuxta dictas leges incidunt dum amittunt rem acquisitam, & Princeps non potest dare formam contractibus clericorum, vt per Abb.in repet. c. ecclesia n.31. & licet videatur data laicis contrahentibus, tamen vt dictum est ex regula correlatiuorum etiam datur clericis,cum quibus contrahunt,vt dixit Alexand. ad Bart. l. fin. C.de exactor.tributor. lib.10.circa quos non habent potestatem, nec iurisdictionem. c. fin. de rebus ecclesiæ. & obseruat Ancharan. cons.155.Fortunius de vlt.fine iuris ciuilis.n.163. & 165.vbi dicunt, *quod ecclesia læditur indirecte etiam quod de ecclesia nec clericis esset facta mentio*, & sic non potest Princeps prohibere, ne subditi sui contrahant cum clericis, vt docet Petrus Anchar. in c.fin.de immunit. ecclesiar.nu. 1. quamuis possit prohibere, ne cum alijs laicis non subditis contrahant, non tamen generaliter, sed in certis casibus, idem Anchar. cons.155.optimis rationibus n.6. vbi dicit, *quod laici non possunt facere statutum per quod tollatur commercium inter clericos, & laicos*. Idem in cap.1.n.75. de constitut. nam quando laicus prohibetur vendere ecclesiæ,vel clericis, ipsa ecclesia,& clerici sunt prohibiti emere, & hoc ex natura correlatiuorum,vt dicebat Alex. supra relatus, & de communi.Cassan. in l.fin.C.de indict.viduit. tollen.n.17. cum latè adductis ab Illustrissimo Tuscho d.concl. 342.n.98. & 100.Tom.5. pract. concl. lit.L. verb. libertas ecclesiastica. Secundo, quod licet verba, & forma dirigantur in laicos, tamen mens dirigitur ad ecclesiam,& clericos:iuxta glos.in d.c. fin.de immunit. eccles. vt supra diximus: quod est magis attendendum, vt dicit Anchar.

char.d.conf.155. et Fortunius d. n.163.& 165. Tertio dico quod dictæ leges non possunt substineri,ex eo quod dant formam contrahendi, prout supra dictum est in responsione
48 ad primum argumentum, & modo addo, quod immo prædicta forma magis lædit libertatem ecclesiasticam;nam assumsit sibi honorem, & iurisdictionem: primo condendo leges contra ecclesias, & clericos: secundo obligando eos, si velint contrahere, ad obtinendam licentiam a Senatu. Nam negari non potest, vt dicit Abb. sæpius citatus in c. quod clericis, quod ex earum obseruantia inducitur subiectio ecclesiarum, & clericorum.
49 Nec dicatur, quod dictæ leges debent substineri, quia earum solemnitas non est impossibilis, immo neque difficilis, eo quod pendeat a voluntate Principis ordinarie disponentis ad tradita in l.idem Iulianus §.constat.delegat.1. glos.legis continuus. §.cum quis.de verb. obligation.Iason d.§. constat.n.8. diximus in repetione l.obtinuit.ff.de condition.& demonstrat. & pro defensione similis statuti notarunt Decius d. c. ecclesia n. 250. cum sequentibus, & Alciatus in Auth. cassa, & irrita. Nam contrarium docet Felyn.d.c.ecclesia,nu.107.ad numerum 110. quia licet non sit impossibilis, est tamen difficilis etiam obtinere a Principe, vt dicit Card.d. c.perpendimus, n. 13. quem sequitur Ambros. de Opizonibus in repet. §. diui.n. 181. immo, vt rectè idem aduertit. n. 83.non est verisimile, quod Senatus consentiat in sui præiudicium, & in fauorem ecclesiæ,argumento.l.si præses.C. de seruitutibus, & aqua. & quod dicitur, quod ea quæ pendent a voluntate Principis, non censentur impossibilia, est intelligendum,quando non sunt in ipsius Principis detrimentum, vt docet ibi dictus Ambrosius de Opizonibus,quod summe conducit ad dictas ll.quæ, si,vt Senatus dicit,fuerunt factæ,ne tributa,& collectæ Reip. minuantur, non est credibile quod præstabunt consensum, maxime tã numerosus Senatus;nec inficiari potest, quod multũ grauarẽtur ecclesiæ, & clerici in petenda hac licentia;& sic non potest negari, quod sint dictæ leges in præiudicium ecclesiarum, & clerrcorum factæ absque iurisdictione Senatus.

Nec

50 Nec obstat quintum argumentum, vbi dicitur, quod sicut pacto, aut a testatore prohiberi potest ne alienatio in ecclesiã, personamue ecclesiasticam fieri possit, sic & lege à Principe seculari lata: tenet enim argumentum a pacto, & testatore ad legem, & quod eadem prohibitio sententia iudicis inferioris induci potest, qui non habet tantam authoritatem, quantam Princeps. Huic argumento facillime occurritur, si aduertas illam similitudinem non procedere ex diuersitate rationis, vt obseruat Euerardus in Topycis legalibus loco, a pacto ad legẽ tradit glos. in l. nec pignus §. priuatorum. de reg. iur. Bart. in l. omnes populi, n. 26. de iust. & iur. cęterum alia ratio est in testatore, & pacto; pactum enim a domino rei interponitur, qui est rerum suarum moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mandati. & in traditione rei suæ potest quamcunque conditionem apponere, vt in l. legem C. de pactis, & in c. Verum de condict. appositis. cum dilecti c. de donation. & a lege contractus ecclesiæ non sunt liberæ, vt obseruat Hieron. Albanus de immunit. ecclesiæ n. 84. pag. 51. & per pactum non fiunt clerici timidiores, quam laici, nec ita nocent, vt statuta, & leges: quæ cum generalia sint, multo magis nocent, vt aduertit Petrus pechius in tract. de ammortizatione c. 6. vers. a pacto ideoque necesse est, vt plus operetur pactum quam statutum seu lex in l. fin. §. fin. C. de tempor. appellation. iuncto c. veniẽtes. de iureiur. & tradit Abb. c. cum dilectus col. 7. de arbitris & obseruauit Crotus in l. filius familias §. diui. n. 81. vbi Ripa n. 82. dicit differentiam esse inter pactum, & statutum: quia pactum est voluntarium, & statutum necessarium, tum etiam quia ad condendam legem, vel statutum est necessaria potestas, & iurisdictio: hæc autẽ deficit in Principe seculari quantum ad ecclesias & clerum, etiam si iuste, & de publico bono statuant vt superius satis demonstratum est; quicquid in contrarium conetur Decius in c. ecclesia S. Mariæ de constitution. 249.

51 Nec obstat, quod ex sententia iudicis potest induci prohibitio, vt in l. si sciens. de contrahenda emptione, nam id est casu, in quo ipse habet iurisdictionem, aliàs sententia

erit nulla, vt in c. quæ in animarum. de constitution. in 6. & tunc fatemur, quod sicut iudex in casu quo habet iurisdictionem poterit prohibere alienationem, sic etiam & Princeps l. in condendo; negamus tamen iudicem secularem, aut legem prohibere posse, ne fiat alienatio in ecclesiam, vtrique enim defuit iurisdictio, necessaria est enim ad ferendam sententiam, & legem condendam.

52 Nec etiam obstat 6. argumentum, quod videlicet, quia hæ leges sunt constitutæ in totius Reip. bonum, & quod potestas condendi eas spectat ad Principem secularem, non vero ad ecclesiasticum; nam respondetur, primo quod modo non constat hanc publicam necessitatem inesse in hac Repub. Veneta, nec tam locupletes esse ecclesias, & clerum, vt necessaria sit hæc seueritas: nec enim leges abhorrent magnam bonorum quantitatem ecclesias habere, vt in Auth. de non alienandis, & permutandis rebus eccles. nouella 7. c. 2. §. finimus, ibi, *quid enim causetur Imperator ne meliora det, cui dedit Deus plurima habere, & multorum dominum esse, & facile dare, & maxime in sanctissimis ecclesiis, in quibus optima mensura est donatarum eis rerum immensitas?* quid enim pauperes peccauere, qui ex bonis ecclesiæ eleemosynas percipiunt, quæ si diuites non sunt, non possunt pauperibus necessaria largiri. vt diximus supra

53 in iniustitia legum: nec enim quæ ecclesiæ donantur, alienata dici possunt, quinimo ad priorem naturam rediisse, nempe ad Christi Domini potestatem, *cuius est terra, & plenitudo eius.* Psalm. 23. ad tradita per gloss. in l. 1. §. cum vrbe de officio Præfecti Vrbis. & summus Pontifex Christi Vicarius, vt dicit Turrecremata lib. 2. de summa eccles. c. 41. habet dominium temporale immediatè a Deo. Matth. c. 16. & habetur in extrauaganti. Vnam sanctam. de maioritate, & obedientia, declaratum a Concilijs, & a constitutionibus ecclesiasticis promulgatum. Sic, & Constantini donatio, de qua in c. Ludouicus. 33. distinctione: magis videtur restitutio factà ecclesiæ, quam propria donatio, vt ibi dicit gloss. quam sequuntur Abb. & alij relati

lati a Hieron. Albano in tractat. de immunit. ecclesiæ. nu. 72. in tractatu de donatione Constantini, & eam probat Iodochus Coccius in thesauro catholico 1. tom. lib. 7. de Hierarchia ecclesiastica. art. 10. vbi adducit plures donationes factas Ecclesiæ Romanæ, quæ res vti fauorabilis a Repub. non est respuenda, si quidem redit in pristinam naturam, vt in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis, cum adductis a Bruno cons. 1. ac proinde dictæ leges non possunt dici, quod sint è Repub. tum etiam quod minuunt emptorum copiam, vt aduertit Pechius de ammortizatione c. 6.
54 tum etiam, quod lex secunda Veneta, quæ ecclesias ædificari prohibet nisi de licentia Senatus, est contra iura diuina, & humana, vt supra probatum est, & cum dicta lex secunda pugnet cum Religione, non potest dici, quod sit in bonum publicum lata; immo & in ea Rep. seditionem, & pestiferam discordiam inducunt; nam dum intendunt laici sibi consulere, ecclesiarum, & clericorum partem negligunt. quæ res inter laicos, & clericos, maxima odia inducit, quæ incommoda Dux, & Senatus prædicti præcauere debuissent, teste M. Tullio Primo Officiorum, vbi inquit, *omnino qui Reipub. præsunt, & præfecti sunt, duo Platonis præcepta teneant, Vnum vt vtilitatem ciuium tueantur, vt quicquid agunt ad eam referant, obliti commodorum suorum. Alterum, vt totum corpus Reipub. curent, nec dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant, vt enim tutela, sic procuratio Reipub. ad vtilitatem eorum qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissi, gerenda est. qui autem parti ciuium consulunt, partem negligunt, rem perniciosam in ciuitatem inducunt, seditionem atque discordiam.* quæ sententia Ciceronis, & Platonis optime congruit rei, de qua agimus; nam ex legibus Venetis deterioris conditionis sunt ecclesiæ, & clerici, quam laici, vt sæpius dictum est.

55 Sed esto quod sint huiusmodi hæ leges Venetæ; Respondetur secundo, quod lex ciuilis, licet in bonum publicum statuat, non debet de ecclesijs, & clericis expresse disponere, etiam si dispositio fauorabilis sit, vt in c. ecclesia san-

ctæ Mariæ de constitution. & in c. cum laicis. de rebus ecclesiæ, & ibi DD. tradunt Butrius, Abbas, & Imola in c. clericis de foro competenti. Menochius de recuperanda possessione. remedio 14. nu. 156. Thomas Grammaticus decisione 100. Petrus Surdus decisione 20. & consil. 560. nu. 11. lib. 4. & consil. 301. nu. 11. lib. 3. maxime si ecclesijs, & clericis aliquid prohibeat; nam ex forma ipsius prohibitionis colligitur intentio disponentis; idque fieri in præiudicium libertatis ecclesiasticæ, vt per Card. in c. perpendimus de sentent. excommun. nu. 13. vers. sed quæro de quæstione in fine. Felynus d. c. ecclesia. nu. 15. Et quia lex non potest inducere inhabilitatem in ecclesiam, & clerum non sibi subditos; vt in l. 1. §. fin. de tutor. & curator. datis ab his, ibi *eis tantum permittitur, qui sunt eiusdem prouinciæ, & domicilium ibi habent*; & in l. pupillorum 27. eod. tit. & docent Bart. & Bald. in l. cunctos populos. nu. 24. 26. 31. & 42. dum agunt de statuto; *quod ne minor triginta annis possit obligari, quia non comprehendit minorem forensem contrahentem in loco statuti super bonis ibi sitis*; nam bona sequuntur personam, ideoque clericorum bona gaudent priuile-
56 gio immunitatis, gloss. verbo personis in d. cap. ecclesia. cum adductis a Iacobo Mandello consil. 387. num. 5. nam vt inquit Abb. d. c. ecclesia. num. 2. *si bona clericorum, & ecclesiarum subijcerentur legibus secularibus, earum ratione per indirectum clerici subijcerentur foro seculari, & ad eum traherentur*; & Abb. sequuti sunt ibi Felynus num. 10. & Decius num. 38. Etiam si laici in rebus ecclesiasticis haberent vtile dominium, vt in cap. quæ in ecclesiarum. de constitutionibus, cum adductis a Tiraquello de retractu linagier. §. 1. verbo l'achepteur. gloss. 13. nu. 3. & 8.

57 Quapropter quando prædictæ leges essent latæ ob bonum publicum, non obligant clericos, & ecclesias ex vi legis, quamuis ex vi rationis teneantur eas obseruare propter commune bonum, & charitatem, vt docent Abb. & Felynus num. 23. d. cap. ecclesia. Purpuratus consil. 335. num. 2. & 3. Fortunius Garzias de vltimo fine Iuris Ciuilis

lis, num. 158. & 160. Martinus Azpilqueta Nauarrus in Manuali Confessariorum cap. 23. num. 88. Ferdinandus Vasquez Menchaca de successionum creatione lib. 1. §. 10. num. 651. quamuis Menoch. consil. 1000. lib. 10. nu. 27. & 36. contendat eos teneri ex vi legis. Interest autem teneantur ex vi legis, an ex vi rationis; nam si ex vi legis, poterit ipse legislator iure suo, propriaque eius iurisdictione, & potestate clericos, & ecclesias cogere ad obseruantiam legis; planè quando tenentur ex vi rationis, non a legislatore seculari, sed a iudice ecclesiastico cogendi sunt, vt obseruat Ioannes Lopez de Palacios rubeos, in repetitione c. per vestras de donation. inter virum & vxorem 2. notabili. §. sed est pulchra dubitatio nu. 13. D. Couarru. in practicis quæst. c. 33. num. 7. Franciscus Sarmientus Episcopus Giennen. lib. 7. sententiarum c. 14. & tunc non tenetur iudex ecclesiasticus infligere pœnam a lege ciuili statutam, sed aliam arbitrariam, vt docet Couarruuias, vbi supra; Vincentius de Franchis decis. 9. nu. 6. Molina Theologus de iust. & iur. disputatio. 31. Pater Dominicus Soto, in 4. dist. 25. q. 2. art. 2. Vnde cum expresse dictæ leges disponant de ecclesijs, & clericis, præcipiendo, vetando, & puniendo, planum fit esse nullius momenti.

58 Tertio respondetur, quod quamuis dictæ leges essent maximè necessariæ in dicta Repub. necessitas non tribueret potestatem, & iurisdictionem laicis ad eas ferendas, nec est bona consequentia, necessitas publica exigit, vt ita fiat; ergo Resp. contra ecclesias, & clericos ita statuere potest. Nam necessitas non tribuit authoritatem, & iurisdictionem Reipub. ad ferendam legem contra non subditos, vt eleganter docet Bald. in l. cunctos populos. num. 20. C. de summ. Trinit. sequutus a Decio in c. ecclesia num. 7. & a Felyno num. 38. & a Purpurato d. consil. 335. num. 2. Lambertengo de contractibus eorum, qui sine certa solemnitate, num. 26. Fortun. Garzia de vltimo fine Iuris Ciuilis num. 159. in fine; nam cum semper sit necessaria causa publica in condenda lege, ampliaret potestatem, & iurisdictionem legislatoris

latoris contra non subditos, quod nullo modo est dicendum; vt tradit Molina Theologus de iustit. & iur. disputatione 2. col. 2. Quinimo, vt recte scribit Menchaca d. §. 10. num. 651. iniusta erit lex, etiam si habeat æquitatem, si modo deficiat potestas legislatoris, vti his, qui iura profitentur, notum est, & vt inquit Suarez de censuris, disputat. 4. sect. 6. num. 5. quod lex est iniqua, & nulla quando deficit iurisdictio, quia actus sine potentia esse non potest, etiam si materia sit æqua: erit tamen lex iniqua ratione vsurpatæ iurisdictionis, vtilitas namque siue necessitas in alienatione rei ecclesiasticæ, vel minoris non tribuit iurisdictionem tutori, vel administratori, sed decreto legitimi iudicis opus est, vt in l. 1. ff. de rebus eorũ, & in l. magis puto. §. ne passim, & §. si æs alienum, eod. tit. & in alienatione rei ecclesiasticæ, tradit gloss. in summa 12. q. 2. & habetur in c. sine exceptione, eadem causa, & quæstione, & in c. tua nuper. de his quæ fiunt a Prælato. cũ adductis a Tiraq. de legibus connubialibus, glo. 8. nu. 57. Rodoanus de rebus eccles. non alienan. q. 20. n. 19. & ita huic argumento respondet Ioan. Crotus in repet. §. diui, nu. 80. quod necessitas publica non tribuit iurisdictionem laicis ad statuẽdum, & Felyn. d. c. eccles. nu. 113. Vnde, si tam grauis Reip.
59 Venetæ instaret necessitas, debuissent accedere ad S.D.N. & confirmationẽ ab eo obtinere, vt habetur in d. c. eccles. S. Mariæ, ibi *nisi ab ecclesia fuerit approbatum*, & obseruat Fortunius Garzias de vltimo fine iuris ciuilis a n. 158. ad 168. & ante eũ. Hostien. in c. cũ laicis n. 10. de rebus eccl. Io. Lupus de libert. eccles. 1. p. c. 4. n. 7. Nam accedente authoritate summi Pontificis non violatur immunitas in iurisdictione ecclesiastica, vt docet Albanus de immun. eccl. n. 20. & habetur in c. non minus de immun. eccl. maximè cum disponat de re ad ecclesiã pertinente, vt superius dictum est. Sic igitur cum dictæ leges disponant circa ecclesias non ædificandas, & de bonis ecclesiasticis emphyteothicis, prohibeatq. ecclesias, & clericos bona stabilia acquirere, dicendum est esse nullius momenti.
60 Denique non obstat septima & vltima difficultas, videlicet, quod prædictæ leges non tollunt aliquod priuilegium

eccle-

ecclesiasticum, sed ea, quæ competunt ecclesijs, & clericis de iure communi. Nam huic difficultati superius responsum est; vbi probauimus, quod etiam leges, quæ tollunt ius commune clericis, & ecclesijs, sunt contra immunitatem, & libertatem ecclesiasticam.

Tum etiam, quia, dum disponunt circa ecclesias ædificandas, & circa bona emphyteothica ecclesiastica, videntur disponere contra priuilegium ecclesiasticum, quod à Deo ecclesijs concessum est, vt ipsi, non verò laici, de rebus ad ecclesiam pertinentibus disponant, vt tradit Innocen. in c. nouerit. de sent. excom. n. 2. & habetur 10. dist. & 96. per totam, maximè in c. si Imperator, & tacito Innocen. tradit Card. in repetit. c. Perpendimus, n. 12. versiculo, inspecto, & Innocentium sequuntur DD. in d. c. nouerit, legistæ in Auth. cassa & irrita, C. de sacrosanctis ecclesijs, Decius d. c. ecclesia, n. 5.

Nec obstat doctrina Caietani verbo excommunicatio, c. 31. & c. 37. versiculo, quarto nota, vbi dicit, *quod statuta ne clerici molant, coquant, vendant, &c. non sunt in veritate contra libertatem ecclesiasticam, sed contra humanam societatem*, & contra libertatem politici conuictus, & non contra ecclesiam, quatenus ecclesia; *Verum quia in odium ecclesiæ fiunt, præsumuntur fieri contra libertatem ecclesiasticam*: & notat verbum *præsumantur* in d. c. fin. de immunit. eccles. in 6. vbi non dixit quod sunt, sed quod præsumantur; quem sequitur Nauarrus, c. 27. nu. 119. & 120.

Nã respondetur, quod Caietanus tenet opinionem, quod non est contra libertatem ecclesiasticam, nisi quando læduntur priuilegia, quæ communiter est reprobata: nam vere est cõtra libert. ecclesiast. quãdo tollitur ius comm. vt dictũ est.

Et est aduertendum, quod statuta, quæ lędunt ecclesiã, vel clericos directè, vel indirectè, vt in casu d. c. fi. quocumq; animo fiant, bono, vel malo, vere sunt contra libertatem ecclesiasticam, vt dictum est. Et constat ex c. quæ in ecclesiarũ, & c. Ecclesiæ de cõstitution. & ex c. fi. de rebus ecclesiæ, & ex c. Quanto. de priuilegijs. & ex c. Nouerit. & c. grauem. de sent. excom. & ex c. fi. de immu. eccl. li. 6. & ex à nobis dictis supra.

In hoc tamen est differentia, quod quando fiunt bono, & sincero animo, non dicuntur fieri in fraudem libertatis Ecclesiasticæ, sed quando malo animo, fiunt in odium clericorum, & vt illis lædant. Præsumitur autem hæc fraus ex figura ipsius prohibitionis, videlicet quando verba diriguntur in laicos, mens autem in Ecclesiam, & clericos, vt probatur in c. quanto 26. de priuilegijs, ibi, *cum in eos, & sui ordinis monachos non possint excommunicationis proferre sententias*. & ibi, *in eos qui molunt &c.* iunctis verbis, ibi, *quatenus huiusmodi sententias in fraudem priuilegiorum &c.* Et hoc est quod dicitur in d. c. fin. quod huiusmodi statuta præsumuntur facta in fraudem libertatis ecclesiasticæ, & ibi præsentit gloss. dum dicit, *quod clerici habent actionem de dolo, contra statutarios*. In hoc autem conueniunt, quod quocumq; animo fiant, sunt nulla & inualida: differunt tamen, quod quando fiunt malo animo, clerici possunt agere actione de dolo, contra statutarios, & statim sunt excommunicati. Cæterum si bono animo faciant, & ignorantia inuincibili effugient excommunicationem, & statutum non tenebit, vt infra.

61 Et vt plenius huius difficultatis, & materiæ vera, & germana resolutio habeatur, aduerti debet, quod tripliciter potest aliquid in iure competere ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis. Primo ratione priuilegij, vt per Innocen. & DD. in c. nouerit, de sent. excom.

Secundo, non ratione priuilegij Imperatorum, vel Principum secularium; sed ratione iuris communis disponentis aliquid circa gubernationem, & administrationem Ecclesiæ, rerum, & personarũ ecclesiasticarũ, prout plura extant in lib. 1. Codicis, & per totum corpus Iuris Canonici, quæ non disponuntur in vim priuilegij, sed ratione iuris communis ecclesiarum, rerum, & personarum ecclesiasticarum, quæ non sunt communia laicis, & in his duobus casibus, non dubium est, quod si laici aliquid statuant, vel detrahant, fit contra libertatem ecclesiasticam; hæc enim competunt ecclesiæ, vt soli ecclesiæ.

Tertio vero casu, quãdo aliquid cõpetit ecclesiæ de iure cõ-

muni,

muni, in quo etiam iure laici participant, si statuta laicorum huiusmodi aliquid detrahant, vel lædant, vt in statutis, quæ prohibent, ne laici clericis vendant immobilia, & alia huiusmodi, an hoc sit contra libertatem ecclesiasticam, sunt de hac re tres opiniones.

62 Prima opinio negatiua fuit Francisci de Albergotis quam refert Cardin. in repetitione c. perpendimus de senten. excomm. de qua superius in prima assertione, §. 1. nu. 7. & § 4. nu. 37. nam iuxta eorum opinionem, non dicitur lædi ecclesiastica libertas, nisi quando læditur ecclesia, quatenus ecclesia est: at quando læditur in eo, quod omnibus competit de iure communi, non læditur ecclesia, vt ecclesia, sed læditur politicus conuictus, vt docet Caietanus in summa, verbo excommunicatio, c. 31. Versiculo 5. nota, & c. 37. Vnde dicit Caietanus, quod statuta ne laici vendant clericis, aut emant à clericis, nec ipsis bladum molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere præsumant, hæc statuta non sunt propriè contra libertatem ecclesiasticam, sed contra humanam societatem, & pro hac sententia notat tex. in d. c. fin. de immunit. eccles. lib. 6. vbi non dicitur, quod huiusmodi statuta sint contra libertatem ecclesiasticam, sed quod præsumuntur esse contra illam.

63 Secunda opinio, est Caietani dicto loco, vbi dicit, quod licet dicta statuta propriè non sint contra libertatem ecclesiasticam; tamen ex quo fiunt in odium ecclesiæ, præsumuntur fieri contra libertatem ecclesiasticam, vt in d. c. fin. Vnde dicit, quod sunt eo ipso excommunicati statuentes: & differt hæc opinio à prima opinione, quia illa est communiter negatiua, ità quod nullo modo dicta statuta sint contra libertatem ecclesię; ideoq; valeant, nec incurrant statuentes excommunicationem; at opinio Caietani est, quod Statuta sunt nulla, & quod incurrunt excommunicationem statuentes.

64 Tertia opinio Bartol. in l. fin. num. 13. C. de sacrosanctis eccles. quam ibi dicit esse veritatem, Bal. num. 4. est affirmatiua; & plures à nobis superius relati in assertione prima

§. 1. num. 7. & §. 5. num. 2. & 3. & num. 23. 24. & 25. cum sequentibus. dicit enim, quod hęc statuta sunt contra libertatem ecclesiasticam, & quod sunt excommunicati statuentes; & quod huiusmodi statuta sunt contra libertatem ecclesiasticam, hoc etiam tenet Illustrissimus D. Cardin. Tuscus, tom. 5. practicar. conclus. iuris. conc. 342. nu. 8. 11. & 12. & melius num. 108. & 164. & 204. vbi plures refert, & dicit communem, & nu. 85. & dicit quod huiusmodi statutum prohibens, ne laici bona stabilia alienent in clericos, est absolute contra libertatem ecclesiasticam, & quod statuentes sunt excommunicati, & quod pręsumitur dolus in statuentibus; allegat opinionem in repetitione, l. filiusfamilias, §. diuum, num. 102. de leg. 1. & Ioannem Andream in d. c. fin. num. 3. de immunit. eccles. lib. 6. Abbatem in c. ecclesia sanctę Mariæ, nu. 26. de constitutionibus, & hęc opinio tertia communis est, & vera, & probatur in d. c. fin. si aduertatur cũ Ioanne Baptista Caccialupo in repetitione, l. omnes populi. de iustitia, & iure, nu. 38, quod dupliciter potest considerari libertas ecclesię. primo discretiuè prout est solius ecclesiæ, & non alterius, vt contingit in priuilegijs ecclesiæ, & alijs rebus, quæ soli ecclesiæ, & personis ecclesiasticis (non vero laicis) contingunt; vt est in præscriptionibus, & iurisdictione ecclesiastica, & in electione, & alienatione rei ecclesiasticæ, c. de quarta. de præscriptionibus, c. cum terra. de electione, c. fin. de rebus ecclesiæ non alienandis, & alijs similibus, quæ non competunt laicis, sed solis ecclesijs.

65 Secundo potest considerari libertas ecclesiæ non discretiuè, sed in abstracto: nam non competit ecclesiæ, vt soli ecclesiæ, sed vt cuilibet alij de iure communi, & est commune ecclesiasticis, & laicis; vt est facultas contrahendi, & acquirendi ex contractu, testamento, vel donatione, quæ de iure communi omnibus competunt, & licent. l. libertas. ff. de statu homin. & in 1. & 2. casu statutum dicitur esse contra libertatem ecclesiasticam, & statuentes incurrunt sententiam excommunicationis, vt idem D. Card. dicit nu. 12,

vbi

vbi dicit, quod quādo auferuntur ea, quæ competunt ex priuilegio incurritur pœna, c. nouerit, de sententia excommunicationis, & num. 13. dicit idem esse, si auferantur ea, quæ competunt ecclesiæ de iure communi, & idem tenet Caietan. d. c. 31. Versiculo 5. ad finem, vbi dicit. *Si quis statuat, ne possit quis donare tali ecclesiæ (puta Sancti Donati) quamuis contra vnam tendat ecclesiam particularem, incurrit tamen excommunicationem hanc, quia statuit contra libertatem communem omnibus ecclesijs. commune siquidem est omni ecclesia Christi, quod cuilibet potest etiam donari. Libertas enim communis offenditur in illa vna ecclesia, & sic de alijs*, hæc Caietanus. At illa facultas, quod ecclesiæ possit donari, competit etiam laicis de iure communi, nec est priuilegium speciale ecclesiæ, quoad illam facultatem acquirendi, licet in alijs solemnitatibus donationis, vel emptionis ecclesiæ sit priuilegiata, vt illi acquiratur dominium sine contradictione, l. fin. C. de sacrosan. Ecclesijs, & quod non sit necesse insinuatione, &c. Tamen quoad potestatem, & facultatem acquirendi, non est aliqua specialitas in ecclesia.

66 Et pro hac opinione, quod quando tollitur ecclesiæ id, quod illi competit de iure communi, vt est facultas acquirendi, statutum sit contra libertatem ecclesiasticam, habetur tex. in c. quæ in ecelesiarum. & c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitut. c. quanto, de priuilegijs. c. grauem, de sententia excommunication. c. fin. de immunitat. eccles. lib. 6. prout superius à nobis sunt adnotata dicta iura.

67 Nec obstant verba dicti capituli fin. ibi *cum talia in derogationem ecclesiasticæ libertatis præsumantur*, ex quo notabat Caietan. quod non dixit sunt, sed præsumuntur contra libertatem ecclesiasticam, & licet quoad iuris effectum DD. iuris Canonici idem dicant siue directe, siue indirecte lædant libertatem ecclesiasticam, in c. ecclesia S. Mariæ, de consti. in d. c. quanto; & d. c. fin. quos commemoraui supra. §. 1. assertionis primæ; tamen hæc quæstio non est inutilis,

utilis, nec spernenda, siquidem oportet I. C. aduertere ad veram, & propriam verborum significationem, vt in l. non aliter de leg. 3. quod maxime necessarium esse censet, quoad censuras, Caietanus, verbo immunitas ecclesiastica, §. 6.

68 Tum etiam quia, qui sequuntur opinionem Signoroli de Homodeis cons. 21. (de quibus est noster sermo) argumentantur contra sententiam communem Bartoli, & aliorum, dicen. quod hæc statuta non sunt directè contra libertatem ecclesiæ, & quod licet indirectè eam tangant, de hoc non est curandum; cùm ea quæ fiunt indirectè, & per accidens non cadant sub arte. Dicimus ergo circa hanc quæstionem, & illationem, quod DD. Iuris Canonici in d. c. quanto de priuilegijs, & in d. c. fin. de immunitate ecclesiarum, lib. 6. per eadem iura dicunt, quod hæc statuta non sunt directè contra libertatem ecclesiasticam, sed indirectè; sed quod idem est, quod fiant contra dictam libertatem directè, vel indirectè; cuius opinionis videtur fuisse gloss. in d. c. fin. Verbo. subditis, & verbo. libertatis; vbi sentit glosa quod ideo ibi vtitur Bonifacius illo verbo præsumantur, quia *statuta solis laicis, non vero clericis imperarent, & ideo licet verbo non viderentur infringere libertatem, tamen infringebatur quoad mentem, faciendo fraudem de persona ad personam*, vt in d. c. quanto.

69 Ego aduerto, dupliciter fieri contra libertatem ecclesiasticam. Primo formaliter, quando ex intentione agitur contra eam, & proculdubio est mortale peccatum sacrilegij. Secundo materialiter, hoc est non omnino faciendo contra illam, sed ex alia ratione; & in hoc secundo casu, si actus est talis, & taliter fiat, quod redeat in naturam suæ formæ, tunc esset peccatum mortale sacrilegij formaliter, tunc redit actus in naturam suæ formæ ex qualitate actus, & iniuriæ, seu illati damni, aut ex vinculo prohibitionis præcepti; nam si opus sit notabiliter iniuriosum, aut nociuum, non effugitur sacrilegium, quod à nobis superius obseruatum est circa difficultatem, an dicta statuta

Veneta

Veneta processerint ex bona, vel malá intentione, & tradit idem Caietanus verbo contemptus in moralibus, Versiculo. quia igitur, & Versiculo. qui vero, & Versiculo. hæc autem, & Petrus Ancharan. consil. 55. optimis, num. 8. & Mandellus Albensis consil. 8. num. 6. Vbi dicit *quod intentio statuentium non attenditur, sat enim est, quod lædunt in effectu libertatem Ecclesiasticam.*

70 Sed nulli dubium est, quod principalis intentio agentium in hoc statuto, non tam sit inhabilitare laicos, quàm prohibere ne clerici, aut ecclesiæ acquirant bona stabilia, & causa semper est attendenda ex qua quid est factum; glos. in cap. intelligentia, de verbor. significat. tùm etiam, quia clericis, & ecclesijs fit notabilis iniuria, & enorme damnum, ac proinde actus prohibitionis redit in naturam suæ formæ, id est, quod sit formaliter contra libertatem ecclesiæ. Vnde sat est, quod intentio statuentium sit ne ecclesiæ, vel clerici bona stabilia acquirant, ad hoc vt dicatur statutum esse formaliter contra libertatem ecclesiæ.

71 Secundo probatur ex resolutione eiusdem Caietani verbo excommunicatio. c. 31. §. sexto nota, vbi dicit, *quod ex intentione, & persona, seu ex propria natura sit contra libertatem ecclesiasticam, quando opus quod statuitur per se (hoc est suapte natura) tendit contra libertatem ecclesiasticam*, Hæc Caietanus. Sed quis dubitat, quod intentio statuentium sit vt ecclesia, vel clerici bona non acquirant stabilia? quod glosa d. c. fin. dixit esse ex mente statuentium.

72 Tertio ex doctrina D. Thomæ 1. 2. quæst. 6. artic. 3. in corpore, & in responsione ad primum vbi dicit, *quod voluntarium, seu volitum, dicitur dupliciter, primo directè, secundo indirectè; dicitur autem directè, quod procedit ab aliquo in quantum est agens, sicut calefactio à calore; indirectè autem ex hoc, quod non agit quando potest, & tenetur agere, sicut submersio nauis, dicitur esse à gubernatore, in quantum desistit à gubernando*, itaque, vt aliquid dicatur voluntarium directè, necesse est, quod agens, agendo id intendat, vt calefactio à calore; Sed sic est quod DD. Veneti statuendo, hoc intenderunt

runt (vt dictum est) vt ecclesiæ, & clerici non acquirant bona stabilia, ergo id directè egerunt, & sic statutum, quo hoc cautum fuit, directè fuit factum contra libertatem ecclesiasticam, quod clerici, & ecclesiæ de iure ea bona acquirere poterant. Indirectè autem diceretur, si cum vnum volumus, ex eo per accidens aliud sequitur, nam gubernator Nauis, non vult Nauem submergi; ex quo tamen negligit gubernare, sequitur aliud non volitum, scilicet Nauis submersio, & hoc dicitur volũtarium, indirectè. Et D. Thomam sequitur Nauarr. in Manual. Confessariorum præludio 7. num. 12. & 13. & aliud possumus subijcere exemplum. Lex videns, mulierum imbecillitatem, & nocumentum maritorũ, si mulieres possent libere contrahere; & similiter considerans minorum fragilitatem, prohibet eorum alienationes sine certa solemnitate, & non solum laici, sed etiam clerici cum illis contrahentes, tenẽtur seruare illam solemnitatem, licet clericis aliquod damnum sequatur, id tamen fit per accidens, & incidenter; Similiter lex videns excessus, qui in mortuorijs fiunt, statuit certam formam, & modum, non ea intentione, quod clerici nõ acquirant, licet inde aliquid perdant lucri, nec est contra libertatem ecclesiæ, sed per accidens, vt dicit Caietanus verbo excommunicutio, c. 31. §. sexto nota, ad finem. Qui respondet ad c. fin. de rebus ecclesiæ non alienan. quod loquitur de mortuorijs ordinarijs per se ad ecclesiam, vel cultum diuinum spectantibus, non vero de extraordinarijs, quæ ad solam mundi pompam spectant. Vnde cum in legibus Venetis principalis intentio in ecclesias dirigatur, necessario in earum iniuriam, & detrimentum, sequitur quod directè fit contra earum libertatem.

73 Quarto probatur, nam quoties statuta specialiter, & nominatim de clericis faciunt mentionem, omnes agnoscunt quod sunt contra libertatem ecclesiasticam, vt à nobis supra notatum est, 1. assertione, §. 1. & tradit Illustriss. D. Cardinalis Tuschus 5. tomo, Verbo libertas Ecclesiastica, Conclus. 342. num. 101.

72 Quinto, nam hoc magis innotescit ex natura correlatiuorum,

rum, nam diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum in alio; l. Vnica. C. de cupreſſis. lib. 11. vnde ſtatuta, quæ prohibent laicis ne bona ſtabilia vendant clericis, videtur etiam prohibere, ne clerici ea à laicis emant. arg. l. finalis. C. de in dicta viduit. tollen. & tradit Alexand. ad Bartol. in l. fin. C. de exactione. Tributo, lib. 10. vbi notat Iaſon, num. 17. quod ſi quis prohibetur vendere, talis prohibitio extenditur ad emptorem; nam dictum ſtatutum non poteſt ligare ſubditum, quin etiam liget eccleſiam, & eſt communis opinio per Felynum in prœemio Gregoriano, num. 4. Nec poteſt ſtatutum prohibere laicis, ne habeant commercia cum clericis, immo ſicut hoc ſtatutum non poteſt ligare clericos, ità nec ſubditos reſpectu clericorum, cum ſit actus mixtus. Soccinus conſ. 14. lib. 4. cum adductis ab Illuſtriſs. D. Cardinali Tuſch. d. concl. 342. num. 98. & num. 100. vbi num. 85. dicit tale ſtatutum eſſe abſolutè contra libertatem eccleſiæ, & quod in ſtatuentibus præſumitur dolus.

75 Sexto probatur, quia id quod ex mente coniecturata colligitur, dicitur expreſſum, & ſic directum vt ſupra diximus.

Nec obſtat authoritas Gloſſæ d. c. fin. de immun. eccleſiarum, lib. 6. vbi dicit, quod verba non videntur infringere libertatem, ſed mens; nam reſpondetur, quod immo ibi verba etiam illam infringebant, quia de clericis loquebantur, & cum ſit prohibitum, ne laici clericis vendant, ex natura correlatiuorum clerici ſint prohibiti emere directè fiunt in exemplis adductis à gloſſa de eo, qui prohibuit Notarium, & teſtes intrare ad teſtatorem; & de eo qui prohibet portari neceſſaria ad reficiendum iter; in quibus caſibus dicimus, quod directè prohibet Teſtatorem teſtari, & iter refici; ſicut qui alienat bona ſua in fraudem creditorum, dicitur etiam directè eos lædere: de quo aliqua ſuperius diximus.

76 Poteſt etiam dici circa tex. in d. c. fin. quod verbum præſumātur, non ſtet ibi pro præſūptione iuris, ſed pro temeraria ſtatuentium actione; nam oratio (de qua ibi) eſt paſſiua, hoc eſt, quod talia ſtatuta præſumantur facta à laicis in derogationem libertatis eccleſiaſticæ, quæ oratio ſi actiua fiat ita

est concipienda, cum talia statuta laici præsumant facere contra libertatem Ecclesiasticam, & verbum præsumant significat audaciam, & temeritatem laicorum statuentium, prout in hac materia hoc verbum sumitur, in c. quia plerique 8. ibi *præsumpserint*. de immunit. ecclesiarum. & in c. aduersus. 7. ibi *præsumptionem huiusmodi* eodemmet titulo.

77 Denique dicimus, quod lex Veneta, quæ prohibet clericis, & ecclesijs, ne acquirant vtile dominium rerum emphyteothicarum suarum manifestè verba dirigit in ecclesias, & clericos, & indirectè est contra libertatem ecclesiæ; ex quo sequitur, quod propter dictas tres leges, Dux, & Senatus directè fecerint contra ecclesiæ libertatem formaliter, & peccatum sacrilegij formaliter incurrerint, ob quod etiam sunt ipso iure excommunicati, atque etiam nunc excommunicatione lata contra eos à Sanctissimo D.N.

78 Nec his obstat, quod quidam comminiscitur, dum ait, quod tex. in c. Quæ in ecclesiarum. non loquitur de emphiteusi, sed de fœudo, inter quæ est magna differentia. Nam respondetur, quod quantum ad rem, de qua agimus, nulla potest considerari; nam ratio quare illud statutum Teruisinum non tenuit, est, quia nocet ecclesiæ in dominio vtili quærendo, & ita est contra libertatem ecclesiasticam, vt ibi omnes agnoscunt: & ita ex eadem ratione procedit non solum in fœudo, sed etiam in emphyteusi; nam quæ sunt eiusdem rationis, sunt eiusdem positionis comprehensiuè per Bal. l. quamuis. C. de fideicomm. cum adductis à Molin. lib. 1. de primog. Hispaniæ, c. 5. n. 11. & 12.

79 Et licet fiat mentio de fœudo, id non fit restrictiuè. sed exemplificatiuè per eundē Bal. l. de quibus, n. 34. ff. de legib.

Nec ad rem facit, quod idem dicit in dicto libreto pro defensione legum Venetarum, videlicet, quod in d. c. quæ in ecclesiarum non disponitur de proprietate rei fœudalis, sed de possessione, quæ est mere temporalis, & ita de ea laici possunt disponere, & statuere.

80 Nam respondetur, quod contrarium tenent alij, immo quod est causa spiritualis, vt per Couarr. practic. quæst. c.

35. Et per Illustris. D. Cardinalem Tuschum, 4. parte. Verbo Iudex secularis, conclusione 454. nam sequitur naturam proprietatis, vt est ecclesiastica, vt per Bellamer. cōs. 40. n. 47.

81 Et præterea, quod statutum Teruisinum disponebat, & concernebat dominium, vtile cuius alienatio sine licentia nocebat ecclesiæ dominæ directæ; & ita statutum disponebat de iure ecclesiæ pertinenti, & non de possessione laici: & quomodocumq; noceat ecclesiæ, & fiat de ea mentio, statutū est nullū, vt sæpius à nobis probatum est. 1. assertione, §. 1.

82 Tum etiam, quod quando possessorium est admixtum cum proprietate, non potest sæcularis Iudex de causa possessoria rei ecclesiasticæ cognoscere. Couar. d. c. 35. n. 1. hoc autem statutum tangit proprietatem, quia prohibet fieri consolidationem vtilis dominij cum directo.

---

§. Septimus De libertate, & exemptione ecclesiarum & clericorum à iurisdictione sæculari.

1 *Quod Regula Lesbia metiri non possunt leges Venetæ.*
2 *Quod Princeps non habet iurisdict. ordinariā in eccles. & cler.*
3 *Dignitas clericorum maior est quacumq; sæculari.*
4 *Hæretici tenent, quod clerici sunt subiecti potestati sæculari.*
5 *Nec contra corpus clerici mortui.*
6 *Nec in crimine læsæ maiestatis.*
7 *Sæcularis carcerans clericum, est ipso iure excommunicatus.*
8 *Et infert iniuriam ecclesiæ* Iudex *sæcularis.*
9 *Ex solo, quod procedat, peccat & est excommunicatus.*
10 *Exceptio est de iure diuino.*
11 *Nullo tempore fuerunt Sacerdotes sub iurisdictione sæculari.*
12 *Et sunt exempti clerici propter characterem, & ponderantur verba Concilij Tridentini.*
13 I*mmunitas est de iure diuino.*
14 *Verba Psal. 104. Nolite tangere Christos meos, sunt accipienda de Sacerdotibus.*
15 *Si sæcularis iudicaret contra clericos, esset magna confusio Reip. & esset vere supra Petrum.*
16 *Sæcularis non potest habere iurisdictionem iure proprio,*
17 *Et esset contra iura diuina, & humana.*
18 *Non valet consuetudo in contrarium.*

19 *Reprehenditur incertus Author libri Veneti, dicens, quod Princeps iure diuino habet immediate iurisdictionem in clericos.*
20 *Quo iure Princeps habet iurisdictionem in laicos.*
21 *Quoad clericos nullam habet iurisdictionem Princeps sæcularis, vbi agitur de Sacerdotibus Israeliticis, nam tunc non erant distinctæ iurisdictiones.*
22 *Immunitas Sacerdotum Euangelij vim accepit à Christo Domino, & quid fecerunt Principes sæculares.*
23 *Vsq; ad tempora Diui Gregorij ecclesia erat infans.*
24 *Leges Imperatorum circa ecclesias, & clericos fuerunt nullæ, & de facto processerunt.*
25 *Agitur de tempore Caroli Magni.*
26 *Summi Pontifices, Clericos à potestate sæculari exemerunt.*
17 *Leges ciuiles non sunt trahendæ ad causas clericorum.*
28 *Si Princeps esset iudex Clericorum, esset monstrum in Repub. Christiana.*
29 *An Princeps sæcularis potuerit excusari, eo quod tunc cognoscebat de causis clericorum.*
30 *Ad loca sacræ Scripturæ, quæ ex contrarium adducuntur, respondent DD. hic allegati.*
31 *Immunitas in temporalibus est de iure diuino.*
32 *Quod etiamsi esset de iure positiuo, non poterit Princeps sæcularis illam reuocare.*
33 *Si esset ex priuilegio, esset remuneratorium.*
34 *Quod transit in contractum.*
35 *Priuilegium exemptionis emanauit à summis Pontificibus.*
36 *Imperatores non possunt illas reuocare.*
37 *An laici in præscriptione immemoriali possint acquirere iurisdictionem in Clericos.*
38 *An Veneti ex priuilegio habeant aliquam iurisdictionem, & in hoc sunt sibi contrarij, vt illi dicunt, quod habent ex iure diuino.*
39 *Papa non potest concedere laico, vt propria iurisdictione iudicet de causis clericorum.*
40 *Vera ratio quare non potest concedi, vt iure proprio cognoscant.*
41 *In certis causis potest dari priuilegium laico.*
42 *Referuntur priuilegia pro parte Venetorum.*
43 *Dubitatur de validitate dictorum priuilegiorum.*

1 IN superioribus à nobis demonstratum est, dictas leges à rectitudine, & conditione iustarum legum deflectere, eo quod nec Religioni congruant, nec iustæ, & honestæ sint, deficiatq; in illis Iurisdictionis qualitas, quæ in legisla-

legislatore necessaria est, nec ad illas Lesbia Regula vllo modo adaptari possit, cum æquitate careant: vt per Sotum de iustitia, & Iure lib. 1. quæst. 5. art. 2. in fine; Vbi explicat qualis fuerit Regula illa Lesbia; nunc verò vocat nos (vt aliqua dicamus) quæstio illa de ecclesiarum, & clericorum exemptione à Iurisdictione Laica; ne videamur clericorum carceratorum causam deserere.

1 Ex triplici capite Dux, & Senatus contendere possunt sibi licere delictorum causas cognoscere; Primo Iure proprio ordinario. Secundo ex consuetudine immemorabili. Tertio ex priuilegio summorum Pontificum.

2 Circa primum, vt quis habeat iurisdictionem ordinariam iure proprio, necesse est, vt eam habeat à lege sibi commissam, vt in l. more maiorum, & in l. & quia de iurisdictione omnium Iudicum. hanc autem nulla lex tribuit Principibus secularibus immo huius iurisdictionis incapaces esse censentur, vt in c. decernimus 2. vbi gloss. verbo non præsumant de iudicijs. & in c. nullus 2. de foro competenti. & habetur 11. quæstione 1. per totum, & in c. clerici. de iudicijs. in c. si iudex laicus. de senten. excomun. in 6. cum adductis, ab Aluaro Pelagio lib. 1. de planctu ecclesiæ art. 33. litera Q. Gigante de crimine læsæ Maiestatis lib. 1. q. 36.

3 Nam dignitas clericorum maior est quacunque dignitate seculari etiam regia, & sicut aurum excedit plumbum, sic dignitas sacerdotalis excedit quamcunq. aliam secularem, vt habetur in c. duo sunt 36. dist. & in c. dictum & in c. reperiuntur 1. quest. cum adductis ab Alphonso de Castro aduersus hæreses, verbo sacerdotium. Hippolytus de Marsiliis in rubrica, ff. de fide iussoribus, n. 129. Palatius Rubeus in tract. de libert. ecclesiast. 2. par. quæst. 12. n. 3. cum adductis à Dionisio Paulo Valentino de sacerdotum excellentijs 2. par. §. 13.

4 Et hæc quæstio inter Catholicos non est disputabilis, Contrarium asserere esset opinio hæreticorum dicentium clericos subiectos esse debere potestati seculari, & fuit error Marsilij de Padua Ioann. Vvicleph Io. de Iandun. condennatus in Cõcilio Constansiensi, & à Ioanne XXII. vt tradit Albertus

bertus Pighius de ecclesiastica Hierarchia lib.5. c.1. & 2.& 8. Ioannes Robertus Episcopus Eboracēsis de potestate vtriusq. gladij 1. tit. pag. 19. Dominicus Soto in 4. dist. 25. q. 2. art. 2. in princip. Victoria de potestate ecclesiastica 1. par. q. vtrum clerici sint exempti à potestate ciuili proposit. 1. Fuit, etiam error aliorum hæreticorum, vt docet Illustriss. D. Card. Bellarminus Controuersiarum lib. 2. 2. controuer. de membris ecclesiæ militantis lib. 1. de clericis c. 28. etiam si homicidium sit proditorium, & atrocissimum, vt docet Couar. pratic. quæst. c. 32. n. 2. & lib. 2. resolutionum c. 20. n. 7. Clarus lib. 5. sententiarum § fin. quæst. 36. etiam si occidat Papam, vt per DD. in c. at si clerici & in c. cum ab homine. de Iudicijs.

5 Et propter characterem quem Clericus habet non potest Iudex secularis procedere contra corpus Clerici mortui, vt tradit Rebuffus in concordatis, Rubr. de protectione concordatorum vers. immo. Thomas Bozius de iure status, seu de iure diuino, de immunit. ecclesiast. lib. 2. c. fin.

6 Quod etiam procedit in crimine læsæ Maiestatis, vt docet Bart. in extrauaganti ad reprimendum, verbo conditiones, quomodo in crimine læsæ Maiestatis procedatur, vt habetur post lib. 2. fœudorum, cum adductis a Gigante de crimine læse Maiestatis lib. 1. Rubr. *quis de crimine læsæ Maiestatis cognoscere possit*, n. 16. & 17. Ioannes de Terra Rubea contra rebelles Regum 3. tractat. art. 5. conclus. 36. Couarr. lib. 2. Resolut. c. 20. n. 7. vers. 8. in fine. Petrus Gregorius Tholos. 3. part. Sintagmatū, lib. 35. c. 2. n. 6. Rolan. à Valle cons. 4. lib. 1. Ber. Diaz in Practica crim. can. c. 119. & est verior opinio, teste Claro d. §. fin. q. 36. & sequuntur alij plures à nobis relati in Repet. legis vnicæ C. si quis Imperatori maledixerit c. 2. vbi etiam agimus, an Clericus committat crimen læsæ Maiestatis.

7 Quod si Iudex sæcularis, de facto clericum carceri mancipauerit, prout modo apud Venetos factum est, incurrit in sententiam excomunicationis ipso iure, vt in c. si quis suadente 17. q. 4. & in c. si verbo, el primero, in c. nuper de sententia excommunicationis, & in Bulla in cœna Domini,

& tradit Nauarrus in manuali Confessariorum c. 27. n. 72 & 73. inferturq. iniuria ecclesiæ, vt tradit Abb. in c. 2. de foro competenti. & ibi Barbatia n. 100. & cum sit notorius percussor clerici debet euitari ante denunciationem, & ipse tenetur se euitare, vt in extrauaganti. ad euitanda scandala vt tradit Couarru. in c. alma mater. de senten. excom. in 6. 2. par. §. 2. n. 11. Soto in 4. dist. 22. q. 1. art. 2. vers. 2. conclusio. Nauarr. in §. laboret. de pænitentia. dist. 5. in fine, Vnde non video, qua ratione DD. Veneti se excusare possent ab hac iuris censura.

9 Quinimo etiam si absq. captura procedant contra Clericum, peccant mortaliter, vt docet Victoria de potest. ecclesiæ in q. vtrum clerici sint exempti à potestate ciuili. n. 39. & addo etiam, quod ipso iure est excommunicatus, si ab eo petatur quod remittat causam ad ecclesiasticum, vt docet Ripa in c. 2. de foro competent. n. 29. & 73. & secundum Barbatiam ibi n. 58. etiam si ab eo non petatur remissio, vt probatur in bulla in cœna Domini ibi, *processando, seu sententias contra illos proferendo vel exequendo*, vt tradit Nauarrus d. c. 27. n. 70. nam ipse Iudex tenetur causam clerici remittere nemine petente, vt docet Cassaneus in consuetudinibus Burgundiæ. Rubr. 1. §. 5. n. 7. vers. sed quia dicitur. Guido Papa decis. 77. itaque Dux, & Senatus cautius sanguine vipereo hanc Clericorum carcerationem vitare deberent.

10 Præcipuè quod ecclesiarum, & clericorũ exemptio (iuxta cõmunem Canonistarum sententiam) est de Iure diuino, vt habetur in c. Si Imperator. 11. dist. 96. ibi, *Ecclesiæ suæ sacerdotibus voluit esse subiectas* & ibi *non à legibus publicis, non à potestatibus sæculi, sed à Pontificibus, & a Sacerdotibus omnipotens Deus, christianæ religionis clericos, & Sacerdotes voluit ordinari & discuti, recipitq. de errore remeantes*. vbi gloss. verbo, & discuti inquit *ergo ante quam esset aliqua constitutio, etiam Clerici non erant de iurisdictione seculari, vnde omnes constitutiones, quæ emanarunt, quod Clerici non sunt iudicandi, nisi ab episcopis, non sunt nisi iuris declaratio*. hactenus gloss.

Et tradit Bal. in Auth. statuimus in principio C. de episcopis, & Clericis, vbi dicit *quod hæc Clericorum exemptio non est*

noua

noua concessio, sed declaratio Iuris diuini.idem Bal. in l. de quibus n. 26. ff. de legibus,& in c. at si clerici de iudicijs inquit, *quod constitutio ecclesiæ, quæ dicit quod exemptio Clericorum est de Iure diuino non est inductiua seu dispositiua de nouo, sed declaratiua*, & accedit Rolandus a valle cons. 4. n. 7. lib. 1.& tradit Card. in repetit. c. perpendimus.7.opposit. n.6. de sent. excom.Ioann.Garzias Regius fiscalis nostri senatus Pintiani, in tract.de nobilit.ad l.Cordubæ.gloss.9.& dicit Bal.quod ista est veritas nam nullo vnquã tempore Sacerdotes fuerũt in tẽporalibus subditi Principibus temporalibus, vt tradit Rebuff.in concordatis,Rubr.de protectione concordatorũ vers. sciendũ est,& vers. nec obstat falsa,& dãnata opinio,& tradit Garzias d.n.16.& dicit Castren.in l. ad dictos.6. C. de epali audiẽtia. *quod Clerici sunt exempti propter characterem*, & pro hac opinione videtur stare Concilium Tridentinum sess.25.c. 20.de reformatione.quod est finale, ibi, *ecclesiæ, & personarum ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione, & canonicis exemptionibus constitutam*. quæ verba *Dei ordinatione*, implus se habẽt, quam si diceret iure diuino,nam verba de iure diuino possent intelligi mediatè, verba autem ordinatione diuina hãc explicationem non admittunt, vnde gloss. in c. quamquam de censibus in 6. hãc immunitatem dicit esse de iure diuino, quam sequuntur cõmuniter Canonistæ in c.nouit de iudiciis vbi Nauar. notab.3.n.54.& notabili 6.n.6.Clarus d.§. fin.q. 36 in principio. Aufrerius de potest.seculari super ecclesiasticas personas Reg.1.n.6. Didacus Perez lib.2.tit.1.lib.3.ordinamẽti veteris gloss.1.vers. quæro vtrũ, & est cõmunis,teste Garzia,vbi supra in principio. Menchaca de successionũ creatione lib.3. §.22.n.58.& dicit cõmunem.Couarru.in practicis quæstionibus c.31.Albanus de immunitate ecclesiæ n. 9. & ex pluribus Concilijs probat Illustriss. D. Card. Bellarminius in d. lib. 1.de Clericis c.28.5.propositione.Et fuit opinio Innocentij in c.2.de maioritate & obedientia.n.1.ibi.*vnde dicimus, quod exempti sunt à Deo*. 96. dist. c. si Imperator, quẽ pro contraria opinione nõ bene adducit Couarru.in d. c.31.n.2. vers. contraria opinio, & eandẽ sẽtentiã tenet Accur.in Auth. de nõ alien. aut pmut.reb.ecl. verb. degenerari

& hanc

& hanc opinionem ex multis locis sacræ Scripturæ eleganter probat Thomas Bozius in tractatu de iure status, siue de iure diuino, & naturali ecclesiasticæ libertatis, & potestatis lib. 2. c. 17. & c. fin. & copiosius in lib. 4. per totum vbi c. 3. cum iudicio expēdit verba Psal. 104. *Nolite tangere Christos meos:* vbi ex di-
14 uo Gregorio probat verba illa esse referenda ad sacerdotes; & lib. 5. c. 1. cum sequen. probat, quod libertas ecclesiastica non fuit lege humana introducta, & respondet ad id; quod dicitur, quod non sunt loca scripturæ, quæ probent hanc libertatem. Eandem opinionem tenet Ioannes Blasius Nauarrus de vectigalibus c. 10. & si Princeps secularis haberet iudicare
15 contra clericos, esset confusio Reip. & esset supra Petrum, qui hanc potestatem a Deo habuit, & sic secularis non potest illā
16 iure proprio habere ex æquo cum Papa, & non est possibile nisi sub Petro, vel a Petro, qui eam immediate habuit à Christo. docet Victoria de potestate ecclesiæ, sectione 7. n. 3. & hanc immunitatem confirmauit Constantinus Magnus teste Sozomeno lib. 1. ecclesiasticæ historiæ c. 8. & habetur in c. tributum 23. q. 8. est enim contra iura diuina, & humana,
17 & naturalia, vt inferior iudicet superiorē, vt in c. cum inferior de maior. & obed. & quod maior exhibeat reuerētiā inferiori, vt in l. 1. §. sicut, vbi glo. de aqua pluuia arcen. nec valet con-
18 suetudo, vt inferior habeat iurisdictionem in superiorem, vt in c. inferior 4. 21. dist. vbi *inferior sedes* (inquit Nicolaus Papa) *superiorem absoluere non potest*, & hanc nostram sententiam probat Abulen. adducens plura loca scripturæ Matth. c. 28. 1. 8. q. 117. & 143. quidquid Menoch. dicat cons. 1000. lib. 10. in principio, & deinceps quod Princeps secularis potest ex præscriptione acquirere ius promulgandi ædicta pro bono publico contra clericos, quæ ipsos ligent, & teneant.

19 Ex supradictis infertur contra primam, & secūdam propositionē Authoris incerti in responsione ad epistolam cuiusdā amici in qua asserit, quod tēporalis potestas Principis secularis, tā circa laicos, quam ecclesiasticos est immediate a Deo.

Hæ propositiones continent duas partes.

Prima agit de laicis 2. de clericis; omnes tamen sunt falsæ.

20 Circa laicos dicimus verius esse, quod potestas secularis non est immediate a Deo, sed a Republica ex eius expresso, aut tacito consensu; mediate autem a Deo, qui diuinitus Remp. erudiuit, vt ad eius rectam gubernationem, magistratum, aut principem instituerit, vt eleganter docet D. Thom. 1. 2. q. 97. art. 3. ad finem. Sotus de iustitia, & iure lib. 4. q. 4. ar. 1. conc. 2. & art. 2. vers. de hac quæstione & lib. 5. q. 4. ar. 1. vers. per hæc ergo. F. Petrus de Aragon. ad D. Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 3. vers. & vt ad argumentum. Illustriss. D. Card. Belarm. in responsione ad dictum librum incerti authoris 1. propositione. Caietan. de potestate Papæ 2. par. c. 2. & 9. & 10. quibus addo Lelium Zechum de Principe lib. 1. c. 5. n. 5. & Hispanum Præsidē Regij Consilij Didacum Couarr. in pract. quæst. c. 1. n. 2. 1. conc. & versic. huius vero. & n. 3. concl. 3. & n. 6. conc. 6. & nos Hispani habemus de hoc optimam legem 7. ad fin. tit. 1. partit. 2. vers. *e por onde*, & vers. *e per esta razon conuino que fuesen los Reyes, e los tomasen los omes por señores.* Præter Moysem Dauidem, & Saulem, quos Deus immediate elegit, & & creauit: cæteros autem voluit a Republica eligi, a qua immediate potestatem habent, secundum DD. supra citatos, quorum sententiam probant l. 2. §. & cum placuisset, & §. nouissime ff. de origin. iuris. l. 1. ff. de constit. Princip. & in §. sed quod Principi placuit inst. de iure naturali, gent. & ciuili; ibi *cum lege Regia, quæ de eius Imperio lata est, populus ei, & in eum omne imperiū, & potestatē concedat*, & in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. ibi Regna condita, vbi hæc Regū potestas tribuitur immediate iuri gentium. quæ autem fuerit Regia illa lex, explicat Theophilus d. §. sed quod principi placuit, cui applaudunt Duarenus, & alij relati a Couar. d. c. 1. concl. 3. n. 3.

Quo fit, vt locus D. Pauli ad Rom. c. 13. ibi *omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. non est enim potestas nisi a Deo. quæ autem sunt a Deo ordinata sunt, itaque qui potestati resistit. Dei ordinationi resistit*, & ad Titum c. 3. admonet illos principibus, & potestatibus subditos esse, & locum Ioann. c. 19. in quo Dominus Pilato dixit, *non haberes potestatem aduersum me vllā, nisi tibi datum esset desuper.* & illud, *per me Reges regnāt.* Prouer.

c. 8.

c. 8. & alia loca scripturæ his similia explicantur mediate a Deo, vt per Sotum, & Couarru. dicto loco; vel mediate ex permissione Dei, cuius nutui,& voluntati omnia parent;vt tradit Hieronym. Albanus de potest. Papæ. & Aluarus Pelagius de planctu ecclesiæ.lib.2.c.27. & Thomas Bozius de iure status, lib.4.c.1.qui lib.3.c.6.vers. *potestas temporalis non est immediate a Deo*,dicit,quod Rex Iudæorum non accipiebat potestatē immediate a Deo, vel aliter,quod procedit a Deo generaliter, qui concurrit generaliter cum omnibus causis inferioribus, quibus immediate tribuitur effectus, vt calori calefactio, vt per D. Augustin. de Ciuitate Dei. lib. 4. c. 9. & tradit D. Thom. 1.2.q.6.art.3.in corpore,vbi dicit, quod calefactio directe procedit a calore, & eodem modo est intelligenda.d.l.7.tit.1.par.2.ibi,*e tien el Rey lugar de Dios para facer iustitia,e derecho en el Reyno, en que es Señor* & sic propositio. illius incerti Authoris, quod Princeps secularis habet potestatem in laicos immediate a Deo, non est vera. Si igitur propositio illius Authoris falsa est quoad laicos,quid erit circa clericos;

21 Dicimus itaque circa secundam partem dictæ propositionis, quæ de clericis agit.Primo, quod illa propositio,quoad hanc partem, fuit opinio hæreticorum Marsilij de Padua & sequentium, quorum superius in hoc. §. 7. nu. 4. mentionem fecimus, & etiam fuit error Petri Martyris Lutherani, a quibus author ille incertus desumpsit argumenta locorum sacræ Scripturæ;detorquendo, & interpretando illa in reprobum sensum. vt patet ex D. Cardin. Bellarm.controuer. lib. 2.de Roman.Pontif.c.29.

Secundo aduerto, quod licet potestas temporalis, & spiritualis ad inuincem se adiuuent, & sint, & procedant a Deo; diuersimode tamen; nam temporalis, vt dictum est, procedit mediate a Deo, & immediate a Republica, vti ab agente immediate;at ecclesiastica potestas nullo modo dependet a Republica, sed immediate a Deo: vt eleganter explicant Sotus d.lib.4.de iust.& iure.q.4.art.1. concl.1.& 2.& Couar.d. c.1. practicarum quæstion. nu. 2. vers. secunda conclusio. eamq.

Petrus, & eius successores immediate a Deo habent;ita quod nec est pœnes totam Rempub.Christianam, sed pœnes Petrū, & successores immediate a Deo. vt tradit Couarru. Reg.peccatum.2.p.§.9.nu.6.& c.1.nu.2.vers.secunda concl usio. Nauarrus c.nouit.nu.3.illat.17.nu.22.& illat.25.nu. 92. at Episcopi habent iurisdictionem immediate a Petro,& a successoribus suis, mediate autem a Deo,vt resoluit, dicens communem, Franciscus Vargas Hisp. in tract.de iurisdict. Episcoporum.confirmat.6.& tradit D.Thomas in 4.contra gentes c.7t Turrecrem.de eccl.lib.2. c. 54. & Iacobatius de concilio.lib. 10.art. 7. nu. 81. cum seqq. & nu. 93. 94. & dum Gerson in tract.de potestate ecclesiastica, considerat. 9. dicit, quod hæc potestas Episcoporum fuit postea ex causis limitata quoad vsum, & hoc per Petrum, & eius successores de consensu totius ecclesiæ primitiuæ, vel generalis Concilij , ita quod ad vsum, & exercitium est variabilis, & mutabilis,&c.debes aduertere, quod consensus ille, de quo Gerson , non erat Petro & eius successoribus necessarius,cum tota potestas sit pœnes Petrum,& suos successores, sed de humanitate, & benignitate, vt in.l.humanum.C.de legibus.

Cum itaque iurisdictio ecclesiastica sit immediate a Deo in Petro , & successoribus, illa propositio incerti Authoris, qui illam potestatem immediate ponit a Deo in Principe seculari, falsa est, vt supra diximus . Modo addo,quod si Princeps secularis haberet iudicare contra clericos esset confusio in ecclesia, & Repub. Christiana, & Princeps secularis esset supra Petrum, cui soli, & successoribus Deus hanc potestatem contulit, nec potest secularis cum Petro illam habere, nisi sub Petro: vt eleganter docet Victoria de potest. ecclesi.sect.7.nu.3.

Nec refert, quod ex Sacerdotibus gentilium, ac etiam de Israeliticis dicitur; nam non sunt æquandi cum Sacerdotibus legis Euangelicæ, vt post Diuum Thomam lib. 1.de Regimin. Princip. cap. 14. & alios, a nobis superius explicatum est in tertio præmisso, & docet Thomas Bozius d. tractatu lib. 3.c,6.nam apud Israelitas non erant distinctæ

iuris-

iurisdictiones, sicut nunc sunt, vt docet Alphonsus Tostatus 3.Reg.c.2.exemptio enim, & immunitas nostrarum ecclesia-
22 rum, & sacerdotum vim habere cœpit a Christo Domino (& fuit in primitiua ecclesia, vt per Bozium lib.5.c.7.) Nauar. c. nouit.de iud.not, 3.illat.24. nu.92. post sufficientem promulgationem Euangelij, vt docet Victoria in summa de Sacramento Baptismi.nu.1.in q.quando cœpit obligare lex Euangelica. Ioannes tamen Bonaudus in additionibus ad Ioan.de Terra Rubea, in tractatu contra rebelles, dicit, quod hæc exēptio est de iure diuino, antequam Petrus fuisset electus ad pontificatum. Eo autem tempore, quo nullus Rex, Princeps, vel Imperator extiterat Christianus, licet hæc immunitas ecclesiastica re vera esset in ecclesia, & in personis ecclesiasticis, quæ eam a Christo ipso habuerant, vt declarat Rota decis.10.de consuetud.in antiquis, cuius initium est. Vtrum va- 1
leat consuetudo Anglicana. nu. 4. erat tamen parum nota, & quasi obumbrata, Principum, & Magistratuum infidelium potentia, qui sibi non de iure, sed de facto iudicium in ecclesiasticos vsurpabant; nec sinebant ecclesiam libere iudicia exercere, & sua gaudere libertate. Postquam autem Constantinus Imperator Catholicam fidem patenter suscepit, & licuit libere ecclesias ædificare c. futuram ecclesiam.12. q. 1. & ædificatis donare.l. 1.C.de sacros.eccles.cœperuntq.Constantinus, Honorius, Theodosius, Valentinianus, alijq. Imperatores et Principes Christiani, ita ab ecclesiæ prælatis edocti, a iudicandis clericis abstinere, eosque suis ecclesiasticis iudicibus relinquere; tunc se prodere cœpit ecclesiastica libertas, et
23 sensim in vsum inducta est, vsque ad D.Gregorij Magni tēpora, quibus cœpit virilis ætas ecclesiæ; vt tradit Gonzalus Illescas in præfat.ad lib.4.historiæ Pontificalis.quod, si quæ le-
24 ges a Iustiniano, alijsq.Imperatoribus editæ sunt, quæ huic libertati præiudicare videantur, fuerunt nullius valoris, et de facto processerunt in iniuriam ecclesiæ, quæ non poterat illis resistere; vt per Bal.in c. si clericus. nu. 3. de pace tenenda in vsibus feudorum.Gulielmus Bened.in c.Rainutius.verb.vxorem nomine, Adelasiam.2.sect.nu.165.Bal.in.l.iubemus nullam

lam. nu. 3. C. de sacros. eccles. & eleganter docet Aluarus Pelagius de planctu ecclesiæ. lib. 1. art. 44. littera F. Tempore quoque Caroli Magni, & Ludouici Pij eius filij plurimæ leges editæ fuerunt circa ecclesias, resque, & personas ecclesiasticas, quas in ipsis etiam fauorabilibus ecclesiæ nullæ sunt, & inualidæ ex defectu iurisdictionis; vt concludunt communiter. DD. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. de constitution. vbi Felyn. num. 40. & non habent firmitatem, nisi ab ecclesia fuerint approbatæ, vt in dicto cap. ecclesia Sanctæ Mariæ. sicut approbauit leges Federici Secundi, Caroli Quarti, & Sigismundi: vt in Concilio Constantiensi, sess. 19. & de Federico Secundo est textus in Authent. statuimus. C. de sacrosanct. eccles. Ipsi quoque Summi Pontifices ea, quam habent in
26 ecclesia Dei, rebusque, & personis ad diuinum cultum dicatis, suprema authoritate omnes ecclesias, resque, & personas ecclesiasticas a potestate sæculari exemptas fecerunt; cui libertati assenserunt etiam Principes Christiani, vt in Authentica statuimus. C. de Episcopis, & clericis. Et nos habemus legem. 57. titul. 6. part. 1. &. l. 3. titul. 3. lib. 1. recopilat. & in legibus, quæ a Comite Ferdinando Gonzalez constitutæ sunt, quando Castellani eum sibi in Comitem elegerunt. Prima lex erat in hæc verba. *Primieramente. Que yo el Conde Fernan Gonçalez mando guardar y confirmo y os ruego vos otros señores confirmeis todos los priuilegios y exemptiones de la madre sancta Iglesia y de todos sean honrrados y acatados sus ministros, ansi como rogadores y mendianeros entre Dios y nuestros peccados.* vt habetur in vita dicti Comitis (nondum typis excussa) collecta per quendam fratrem Benedictinum Anno. 1515. quæ est in mea Bibliotheca, eamque refero in repetit. legis vnicæ C. si quis Imperatori maledixerit. cap. 2. §. 2. quam immunitatem ecclesiasticam semper fuisse obseruatam in Regno Castellæ probat. l. 16. tit. 5. pag. 1. ibi *y ha poder sobre los clerigos de su*

Obispa-

Obispado en lo temporal y en lo Spiritual.

27 Vnde dictæ ll. ciuiles non sunt trahẽdæ ad causas ecclesiarum,& clericorum,vt post Abb.& alios,& in c.eccles.S.Mariæ (vbi Felyn.n.38.)de constit.resoluit Syluester Aldobrand.dicens esse communem opinionem in §. sed & quod Principi placuit n.24.inst. de iure nat.gen. & ciu.cum sint contrà d. libertatem vt in Auth. cassa, & irrita C.de sacros. eccles. & in Concilio Trid.sess.25.c. 20. de reformat. & sic manet firmata sententia, quod ecclesiæ, & personæ ecclesiasticæ etiam in temporalibus non sunt de iurisdictione Principum secularium mediatè, nec immediatè, vt per Tiberium Decianum in tractatu criminali lib. 4. c. 2. sed ex dispositione diuina sunt immediate sub potestate Pontificis, qui eam habet immediatè a Christo,vt docet Illustriss.Card. Bellarminius Controuersiarum to.1.controuer.3. de summo Pontifice lib.1. de Ro.Pont. c.7. 8. 9. & 10. cum seqq. & probatur in c. nouit. 13.§. cum enim. de iudicijs,ibi;*cum enim non humanæ constitutioni,sed diuinæ potius nitamur: quia potestas nostra non est ex homine, sed ex Deo*, & dicit D. Augustinus relatus a Bozio lib.4. de iure status.c.1. *Prorsus totum mundum accepit Petrus, & contrarium asserere esset absurdum, immo hæreticum*; nam esset nunc consti-
28 tuere in Repub. Veneta duo capita præcipua, nullum alteri subordinatum iurisdictionis ecclesiasticæ circa ecclesias, res, & personas ecclesiasticas, nempè Ducem, & summum Pontificem. esset enim monstrum stupendum vnius corporis duo esse capita, vt docet Victoria 1. relectione de potestate eccles. sect.6.n. 10.cum Resp. Christiana non sit Aristochratica, nec Demochratica, sed Monarchica gubernatio, vt docet eleganter Illustriss. D. Card. Bellarminius Controuersiarum tom.1.controuersia 3.de summo Pontifice lib. 1. de Romani Pōtificis ecclesiastica Monarchia c.5.6.7.8.& 9.hæc autem fuit penes Petrum, & est penes eius successores, cui Christus dixit Matth.16.*Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum* &c. tradit Illustriss.Card.Bellarminius c. 10. cum sequentibus: nam cui alij,nisi soli Petro dictum fuit,*pasce oues meas*?Ioann.21. docet

Illust.

Illustr.Card.Bellarm.c.14.cui Romanus Pontifex successit,vt per eundem lib.2.de Rom.Pont. a c.12.vsque ad fin. illius libri 2. Numquid hoc dictum fuit Duci Venetorum? qui se iurisdictionis ecclesiasticæ in illa Rep. iudicem immediatum a Deo constituit. & quare hoc dici Catholica Resp. patitur? Videat (obsecro) ne hæreticorum opinionẽ sequatur, & paulatim hæresi inuoluatur. Et iuxta hanc sententiam potest
29 dubitari an de aliqua causa potuerint excusari a culpa dicti Principes Christiani,qui contra libertatem ecclesiasticam iurisdictionem ecclesiæ vsurpabant,de quo dubio agimus in dicta nostra repetitione ad legem vnicam, C. si quis Imperatori maledixerit c.2.§.2.vbi egimus qua ratione potuerit excusari matrimonium filiarum del Cid, cum Principibus Aragoniæ, & Nauarræ, viuentibus Comitibus de Carrion, quibus prius nupserant.

30 Ad loca vero scripturæ, quæ adducit ille author incertus in 1.& 2.propos.suæ epistolæ, ad probãdum quod clerici sunt de iure diuino immediatè subditi Principibus secularibus,optimè respondit Illustr.D.Card.Bellarm.in respons. ad dictum authorem 1.& 2. propos. & Io. Philoteus in noua respons. ad dictum Theologum pag.8.melius idem Illustr.Card.Bellarm. lib.2.de Ro.Pont.c.29.& D.Tho.2.2.q.67.art.1.& ibi Arago. vers.cæterum.Soto lib.5.de iustitia.q.4. art. 1. Idem Bellarm. 2.to.controu.1.lib.1.de clericis c.28.vers.alius locus est.Thomas Bozius d.tract.de iure status lib.4.c.8.& c. 10. 11.12. & 13. & lib.5.c.6.quæ loca satis est demonstrasse,in quibus traditur verus sensus illorum locorum,ad quem locum lectorem mittimus,ne videamur in Theologorum messem falcem immittere. Illud non ommittam,quod loca illa scripturæ,quibus vtitur ille incertus author,adducuntur etiam contra immunitatem ecclesiasticam ab hæreticis,vt docet Illustr. Card.Bellar.d.c.29.Nec etiam obstat alius locus ex epistola D.Gregorij Magni ad Mauritium Imperatorem li.2.epistolar.epist.62. ibi *Sacerdotes meos tuæ manui commisi*, vbi loquitur in persona Christi ad Mauritiũ,cui optime respondit Illust.Card.Baro.8. Annal.in Greg. Magno Anno 593.pag.45. & 46.vsq. ad 48.

31 Cæ-

31 Cum author ille incertus in quinta propositione audacter dicit meliorem esse opinionem asserentium, quod immunitas personarum, & bonorum ecclesiasticorum non sit de iure diuino, sed quod sit solum de iure humano, ex priuilegio Imperatorum, & Principum secularium, grauiter errat, & loquitur expresse contra Pontificiam decisionem in. c. quamquam. §. cum igitur. de censibus. lib. 6. & ibi cõtra communem sententiam Canonistarum, & quam plurium grauissimorum Theologorum, quam refert, sequitur multisque confirmat argumentis Ioannes Azorius in suis Institutionibus moralibus Tomo primo. lib. 5. cap. 12. & qui ad illum textum volunt respondere, expresse loquuntur contra casum textus, & contra rationem, quam ipsemet textus affert, dum ideo personas ecclesiasticas ad pedagia vult non teneri, quia earum res non solum iure humano, sed diuino a secularium exactionibus sunt immunes. Veritas enim est in hac materia immunitatem ecclesiasticam esse de iure diuino: & quamuis sine veritatis præiudicio admitteretur, quod ista immunitas in personis, & bonis cleri-
32 corum esset de iure positiuo, adhuc Principes seculares non possent priuilegium immunitatis reuocare, etiam si clerici essent discoli.

Primo, quia non est illis concessum, sed toti ecclesiæ, vt habetur in l. 50. tit. 6. part. 1.

33 Secundo, quod hoc priuilegium est remuneratorium concessum ecclesijs, & ideo non potest reuocari, etiam propter ingratitudinem, vt docet Osascus decisione Pedamontana. 139. num. 28. Tiraquellus in l. si vnquam. verbo, donatione largitus. num. 13. C. de reuocandis donationibus. cum late adductis a Rolando de Valle consil. 5. num. 12. & consil. 98. lib. 1. & consil. 76. num. 15. lib. 2. & consil. 13. num. 61. lib. 3. & a Carolo Tapia in l. final. de Constitution. Principum. 2. par. c. 7. num. 24.

34 Tertio respondetur, quod, cum hoc priuilegium sit con-

cessum non subditis, transit in contractum, & ideo non est reuocabile, iuxta regulam legis, sicut ab initio. C. de actionibus, & obligationibus. & tradūt Doctores in dicta l. final. C. de legibus, & constitutionibus Principum. & in terminis de priuilegijs concessis ecclesijs per Imperatores, & Principes, quod non sint reuocabilia, tradit gloss. in Regula, *decet concessum a Principe beneficium esse mansurum*. de regulis iuris. in 6. in principio, verbo, decet concessum. versiculo, ex hac regula. & est communiter approbata ibi per omnes Canonistas, & Legistas in dicta l. fin.

35 Quarto respondetur, quod etiam si fateremur priuilegium hoc immunitatis esse de iure positiuo; dicimus tamen, quod hoc priuilegium exemptionis principaliter emanauit a summis Pontificibus, qui hoc facere potuerūt, etiam sine consensu Imperatoris. quia clerici sunt res spirituales, & ex toto corpus, & animam dederunt in seruitium, & sortem Christi. 12. quæstione 1. can. 5. & per consequens Papæ in iudicio, & constitutionibus subsunt, can. Imperium, &. can. suscipitis. 10. distinctione. & cap. solitæ. de maioritate, & obedientia. Et Didacus
36 Couarruuias practicarum quæstionum. cap. 31. num. 3. Rebuffus in concordatis. rubrica, de protectione concordatorum. versic. præterea etiam. Soto in. 4. distinctione 25. quæstione 2. art. 2. conclus. 6. Victoria. prima relectione. de potestate ecclesiæ. sectione 7. num. 5. &. 7. vbi dicit, quod Principes seculares non possunt hanc immunitatem reuocare, quia est multum conformis iuri diuino, & quia expedit administrationi ecclesiæ, & quia Papa illos etiam exemit, & potuit inuitis Principibus. & ita Imperatores non poterunt reuocare, nec limitare exemptionem clericorum in causis vllis, & multo minus in causis criminalibus, in quibus datur aliqua spiritualitas, vt do-

cet

cet Bald. cap. 2. de iudicijs. col. 2. & ibi Barbat. nu. 14. quod contingit propter ordinem, & militiam ecclesiasticam, qua se Deo dedicant, vt tradunt Doctores vbi supra. & habetur in cap. cui portio. 12. quæst. 1. & per Oldradum consil. 83. an Episcopus. num. 5. & semel Deo dicatum non est ad vsus humanos vlterius trahendum, vt habetur in regula. 51. de regulis iuris. in 6. & habetur in constitutione octaua Leonis Imperatoris, ne clericus de nouo profanus fiat. vnde dicit Castrensis in. l. addictos. num. 6. C. de Episcopali audientia. quod propter characterem non potest secularis cognoscere contra clericum.

Ex supradictis resoluimus, quod Dux, & Senatus iure proprio ordinario non possunt habere aliquam iurisdictionem in ecclesias, & personas ecclesiasticas, nec in earum res: ac proinde non possunt se tueri, nec defendere prædictas leges ab eis latas contra libertatem, immunitatem, & iurisdictionem ecclesiasticam.

37 Sed videndum est, an etiam præscriptione immemoriali (quam dicunt se habere) tueri possint, & cum sint incapaces laici iurisdictionis ecclesiasticæ, vt habetur in cap. 2. de iudicijs. & in cap. 2. de foro competenti. illis non proficit præscriptio immemorialis: nam apud omnes iuris interpretes receptissimum est præscriptionem immemorialem non æquiualere priuilegio, vbi adest incapacitas præscribentis, vt docent Ioannes Monachus, Ioan. Andreas, & alij in cap. 2. de præbendis. in. 6. quod sequitur Couar. lib. 1. variarum resolutionum. cap. 17. num. 6. Ioannes Guttierez lib. 1. practicarum quæstionum. quæst. 14. & 15. Menchaca. lib. 1. controuersiarum illustrium. cap. 89. & late tradit Doctor Azeuedo in. l. 1. tit. de las terçias. lib. 9. recopilationis. & in terminis habemus decisionem Rotæ. 310. in antiquis, de consuetudine. vbi improbatur consuetudo immemorialis Anglicana, qua laici vtebantur in iudicandis caussis clericorum. cum la-

te adductis a D. Cardinali Tuscho dicta conclus. 342. num. 117. tom. 5. lit. L. verb. libertas ecclesiastica. & verb. iudex secularis. conclus. 453. num. 46. & hæ consuetudines contra immunitatem ecclesiasticam damnantur per Clementem VIII. in Bulla in Cœna Domini, vt tradit idem Cardinal. dicta conclusione. num.47. & in Concilio Lateranensi sub Leone X. in cap. incipiente Costitutioni. ibi, *quacumque consuetudine non obstante*. & antea erat reprobata dicta consuetudo, vt in cap. clerici 8. de iudicijs. ibi *non debet in hac parte canonibus ex aliqua consuetudine præiudicium generari*. vbi notat gloss. verb. consuetudine. *quod libertas ecclesiastica est imprescriptibilis*. & accedit Hostiensis in cap. cum laicis. num. 11. de rebus ecclesiæ alienandis. & Ioannes Lupus de libertate ecclesiæ. 1. parte. cap. 6. num. 3. Et in concordia inita inter Iulium II. & Serenissimam Rempublicam Venetam de anno. 1510. cautum fuit cum iuramento, quod Veneti nullo vnquam tempore violabunt immunitatem ecclesiasticam, & iurisdictionem, nec clericos carceri mancipabunt.

38 Reliquum est, vt inspiciamus, an ex priuilegio summorum Pontificum habeant aliquam iurisdictionem in causis clericorum grauioribus, & atrocioribus. & ipsi dicunt, quod habent priuilegia Apostolica; circa quæ est aduertendum, quod sunt sibi ipsis contrarij; nam, vt ex litteris Ducis missis ad Patriarchas, & Archiepiscopos, apparet, quod asserunt ipsis competere iure proprio, & & immediate a Deo; & idem etiam dicit author illius incertæ epistolæ in 1. & 2. propos. hoc autem non est compatibile cum priuilegio. Nam si illis competit de iure communi, non est necessarium priuilegium; nam frusta precibus impetratur, quod iure communi concessum est. & rursus iurisdictio, quæ competit a iure, competit iure proprio, & exercetur iure proprio, & est ordinaria, vt dictum est, iuxta tradita in. l. & quia. & in

l. more

l. more maiorum. de iurisdictione omnium iudicum. Iurisdictio autem, quæ competit ex priuilegio, est delegata, & exercetur nomine delegantis, vt in l. 1. §. qui mandatam. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. ibi, *qui mandatam iurisdictionem suscipit, proprium nihil habet, sed eius, qui mandauit, iurisdictione vtitur*. ac proinde non vtitur iurisdictione laica, sed ecclesiastica.
39 Nec Papa potest concedere laicis iurisdictionem ecclesiasticam iure proprio, vt docent Menchaca de successionum creatione. lib. 3. §. 22. num. 60. Iulius Clarus lib. 5. sententiarum. §. final. quæst. 41. versic. sed quid dicendum de summo Pontifice. & Segura de Aualos in directorio iudicum ecclesiasticorum 1. par. cap. 2. num. 4. Borgninus Caualcan. in 2. parte decision. verbo, iurisdictio ecclesiastica ordinaria. & in verbo, clericus potest conueniri. vbi refert Grammaticum, Decium, Baptistam Ferretum, Felynum, & Geminianum, Ioannem Oroscum, & Ioannem Guttierez; & quamuis ipsi non
40 sint assequuti veram rationem huius conclusionis, vera tamen ratio est. nam laicus non potest habere propriam, & ordinariam iurisdictionem, vt dictum est, quia resideret principaliter in persona ipsius laici, quod est proprium iurisdictionis ordinariæ, vt in dicto §. qui mandatam. & resoluit Bartol. in l. 1. de iurisdictione omnium iudicum. num. 15. & ibi Castrensis num. 3. idem Bartol. in dicta. l. more maiorum. num. 4. & quando lex concedit aliquam iurisdictionem, quæ naturaliter non est de iurisdictione ordinaria illius iudicis, cui datur illa iurisdictio, non est ordinaria, sed delegata, vt in. l. 1. ad finem, ibi *vltorem specialiter fecerit*. C. ne liceat potentioribus. tradit Hippolytus Riminaldus in. l. 1. de officio eius. num. 139. Et cum hæc iurisdictio ecclesiastica non sit propria iurisdictio secularis, sequitur, quod si Papa concedit hanc iurisdictionem laico per priuilegium, quod illa

iuris-

iurisdictio non est ordiuaria, sed delegata.
41 Quod autem Papa possit illam concedere in certis causis, tenet Cardinalis in cap. perpendimus. 7. oppositione. num. 6. de sententia excommunicationis. quam sequuntur Canonistæ in cap. 2. de iudicijs. vbi Ripa num. 73. & Aufrerius de iurisdictione seculari super ecclesiasticas personas. Regula 1. fallentia 1. num. 1. Cassaneus in Consuetudinibus Burgundiæ. Rubrica 1. §. 5. verbo, Archidiaconi. num. 48. & Couarruuias in practicis quæstionibus. cap. 31. num. 4. Abb. cap. litteras. num. 13. & 14. de restitutione spoliatorum.

Et licet Veneti prætendant habere priuilegium cognoscendi de delictis grauibus, & atrocibus contra quascumque personas ecclesiasticas, vt tradit Gigas tractatu de crimine læsæ Maestatis, illud tamen & alia patiuntur magnas difficultates, nam dato quod essent valida, & authentica, habent multas limitationes, & restrictiones quoad locum, delicta, & personas, vt patet ex tenore priuilegiorum Sixti IIII. Innocentij VIII.
42 Alexandri VI. Clementis VII. & Pauli III. quare ad casum, de quo agitur non possunt applicari. An autem possint applicari ad alios casus a Venetis prætensos, videndum esset, an, & qualis, & quanta iurisdictio tribuatur, quod non est meum in tanta breuitate explicare, maxime quia merito dubitari potest, an per illa tribuatur iurisdictio Magistratibus secularibus procedendi in criminalibus contra clericos, & Sacerdotes.
43 Verum cum prædictus Dux, & Senatus contendant iure proprio immediate a Deo, vt dictum est, hoc sibi competere, nec nitantur in dictis priuilegijs, vt habetur in dictis litteris Ducis, modo non est curandum de illis priuilegijs, sed tantum agendum est de iure communi. Cum autem illa produxerint, tunc videbitur de eorum validitate, & de reuocatione dictorum priuilegiorum facta per sanctissimum D. N. in suis litteris monitorijs. Et in processu

in

in Cœna Domini. cap. 14. & 15. huiusmodi priuilegia sunt reuocata, quæ reuocatio fieri potuit, vt tradit Dominus Cardinalis Tuschus in dicta conclusione 342. num. 123. tom. 5. littera L. verbo, libertas ecclesiastica.

Hactenus dixisse sufficiat de prima assertione huius propugnaculi ecclesiasticæ libertatis, in cuius probatione, & si multa sint adducta, puto tamem ea esse necessaria ad probandum Sanctissimum D. N. (adhærendo communibus, & receptissimis sententijs pro libertate ecclesiastica) iustè potuisse procedere ad censuras, & pœnas in monitorio contentas, non obstantibus difficultatibus, quæ pro legibus Venetis adduci possent, quibus credimus in superioribus satisfecisse. Transeundum igitur nobis est ad probandam secundam assertionem, quæ ita se habet.



SECVN-

SECVNDA PARS in qua agitur de secunda assertione.

SVMMARIVM.

1 *Tres esse iusti iudicij partes, seu qualitates.*
2 *In omni actu est necessaria voluntas, & potestas.*
3 *In ferenda sententia excommunicationis tria sunt necessaria.*
4 *Duæ claues iurisdictionis, & ordinis sunt in ecclesia.*
5 *Excommunicatio est grauissima censura, & prudenter imponenda.*
6 *Iniquitas omnia præcipitat, virtus autem est omnium excrutatrix.*
7 *Non potest sine ordine maturitas esse consilij.*
8 *Excommunicatio non est ferenda vbi non est profutura, sed est supersedenda pro tunc.*

Secundæ Assertionis Initium.

DVX, & Senatus Venetus sub grauissimis peccatis, & pœnis tenentur obseruare præcepta, & censuras in hac causa latas a Sanctissimo D. N. Paulo V. & ab eo obtinere absolutionem censurarum, quibus ligati sunt.

Quamquam assertio hæc omnibus de Pontificis Max. potestate, & authoritate recte sentientibus notissima sit, nec probatione egeat, tamen Ducis, & Senatus obstinatio nos cogunt, vt aliqua in eius confirmationem afferamus.

Duo continet hæc propositio. 1. obedientiam circa sententias Pontificias. 2. earum absolutionem a Sanctissimo esse petendam.

Ex primo pendet secundum, vti corolarium necessarium: excommunicatus enim a Pontifice, absolutione eget Pontificia; nam qui ligauit, ipse soluere debet. cap. pastoralis. §. præterea. de officio delegati.

Primum

Primum autem ex eo pendet; An prædictæ censuræ Pontificiæ sint legitimæ, teneantq. Venetos, Ducem, & Senatum, ad hoc autem illud in primis constituendum est, & ab omnibus est receptum, vt superius in 1. assertione, 5. præludio a nobis est explicatum, post D. Thomam 2.2. q. 60. a. 2. in corpore.
1 tres esse iusti iudicij partes. 1. quod iudex habeat authoritatē & iurisdictionem circa id, quod iudicat, & circa personas, de quibus iudicat: nam in quacunque humana dispositione necessariæ sunt voluntas, & potestas disponentis, vt eleganter docet Bald. in l. ex verbis n. 2. C. de donation. inter virum, & vxorem. cum adductis a Molina Regio Consiliario lib. 1. de Hispanorum primogenijs c. 24. n. 24. Primum autem locum
2 obtinet potestas, vt in l. si quæramus 4. ff. de testamentis. Secunda pars iusti iudicij est, vt rectè procedat, nulli iniuriam inferendo, sed vnicuique suum ius tribuens. Tertia pars, seu qualitas iusti iudicij, vt iuxta iuris ordinem, & formam procedat. Quod si prima pars deficiat, iudicium erit vsurpatum. Si secunda, peruersum, & iniquum. Si tertia, suspectum, & temerarium; nam vt dicit Spiritus Sanctus, *non sat est bonum agere, nisi, & benè agatur*. Iureconsulti agentes de validitate, vtũtur his terminis, an iudex ritè, & rectè processerit, vt per Iason.
3 & DD. in l. iustè possidet ff. de acquirenda possessione: similiter in ferenda excommunicatione, eadem tria esse necessaria. 1. quod iudex habeat iurisdictionem, & deinde, quod rectè, & ritè inferatur, vt habetur in c. 1. de sentent. excom. in 6. & in c. sacro. 48. extra eodem. Sunt enim in ecclesia duæ claues
4 ordinis (inquam) & iurisdictionis, vt per Theologos in 4. dist. 18. 19. & 20. potestas autem iurisdictionis est duplex, vna fori interioris, altera exterioris de qua nos loquimur; & tradit D. Thomas 2.2. q. 39. ar. 3. Illustris. Card. Bellarminius de Romano Potifice c. 22. Franciscus Vargas de authoritate Pontificis, propositione 1. Victoria in summa, tract. de excommunicatione n. 2. & apud D. Paulum 1. ad Corinthios 5. cæterũ ad claues iurisdictionis pertinet excommunicatio. dicit D. Thomas in 4. dist. 18. q. 2. ar. 2. & ibi reliqui Theologi, & habetur Matth. 18. *quodcunque ligaueritis super terram, &c.* & est

communis opinio Canonistarum, vt per Abb. in c. ab excommunicato n. 5. de rescriptis, & in c. transmissam de elect. Couarr. c. alma mater 1. par. relectionis §. 11. n. 1. & agnoscunt omnes summistę, verbo excommunicatio. & Nauarrus in ma-
5 nuali c. 27. n. 5. & cum excommunicatio sit grauissima pœna & gladius spiritualis, et sit neruus ecclesiasticæ disciplinæ, vt in c. dilecto 6. de sentent. excom. in 6. et in c. corripiantur 24. q. 6. et ad tenendos in officio populos, valde salutaris; sobrie tamen magnaque circumspectione exercendus est, cum experientia doceat, si temere, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari: et perniciem potius, parere quam salutem; vt pie a sacro Concilio Tridentino admonitum est, sess. 25. c. 3. de reformat. et habetur in c. reprehensibilis 26. de appellat. et in c. non in perpetuum 5. ibi *& dum præcipites quasi ad emendandum ruunt, ipsi quoque multo magis deterius cadunt* 24. q. 3. vbi glo. fin. notat, *iudices non erunt præcipi-*
6 *tes ad excommunicandum, nam iniquitas omnia præcipitat. Virtus autem lenta est & omnium percunctatrix*, et habetur in c. inter hæc 33. §. velox, de pœnitentia dist. 3. et Ioannes Andreas in c. qualiter el primo. de accusat. post D. Hieron. in Hiere. dicit,
7 *non potest maturitas esse consilij, vbi nullus est ordo iudicij*. Vnde eleganter alios declarando, inquit Couarru. in c. alma mater 1. par. in initio nu. 10. post Abb. in d. c. ab excom. et D. Thom.
8 in 4. dist. 18. art. vltim. sub quæst. 2. *si iudex viderit excommunicationem minime vtilitatem ipsi excommunicando allaturam: immo suspicetur magis indurandum cor ipsius per excommunicationem, tunc etenim poterit supersedere huic censuræ*, quemadmodum colligitur ex cap. prodest 4. et in cap. hoc tamen 5. 23. quæst. 5. *blandis enim tunc verbis est alliciendus peccator, vt ecclesiam audiat, non asperis irritandus, vt magis contumax efficiatur*. hæc Couarr.

§. Pri-

§. Primus. De potestate summi Pontificis erga censuras ferendas.

SVMMARIVM.

1 *Potestas est in summo Pontifice, ceu in capite, seu in fonte, a quo alij prælati.*
2 *Papæ non potest dici, cur ita facis?*
3 *Papa est maior iurisdictione quam Angeli.*
4 *De reuerentia, & obedientia Principum erga summum Pontificem.*
5 *Principes, qui deflexere ab obedientia summi Pontificis, multas pœnas passi sunt.*
6 *Contra violantes ecclesiasticam libertatem.*
7 *Contra violantes libertatem censuris, & armis potest procedi.*
8 *Veneti non timent Papam.*
9 *De increpatione Diui Pauli, ad sanctum Petrum.*
10 *Dux, & Senatus, tenentur se abstinere.*
11 *In censuris contra Venetos, adest potestas, & iurisdictio in illis ferendis.*
12 *Cauendum esse a litteris Ducis, & Senatus missis ad Principes Catholicos.*

1 POtestas iurisdictionis, quæ in ferendis censuris maximè necessaria est, in summo Pontifice, ceu in capite seu fonte primario, iure residet, et deinde in reliquis Prælatis vt in c. cum ab ecclesiarum prælatis 3. et in c. graue gerimus 19 de officio ordinarij, et obseruat Pater Franciscus Suarez in tractatu de censuris disp. 2. sect. 2. Franciscus Vargas, de authorit. Pontificis, propositione 4. *nam iurisdictio ecclesiastica residet in summo Pontifice, tanquam in capite, vt aqua in fonte & est velut mare iurisdictionis a quo fluunt, & refluunt flumina, vt dicit Bal.* in c. *ad hoc* 4. col. versic. ex præmissis. de pace iuramento firmanda, et in l. qui se patris, nu. 14. versic. item in concessis C. vnde liberi. vbi dicit, quod in Principe residet suprema potestas inseparabilis, vnde potest iurisdictiones supprimere aliorum, et non solum singularium personarum, sed

etiam Ciuitatum, quam habet a Christo immediatè, vt habetur Matth. 16. ibi *quodcumque ligaueris*; & contrarium asserere, nempe quod Papa non habet potestatem excommunicandi, est hæreticum, vt tradit Illustr. Bellarm. Controuersiarū to. 3. controu. 3. de summo Pontifice lib. 4. c. 15. Innoc. & Canonistæ in c. bonæ 2. de postulatione Prælatorum. glo. c. 1. de clerico ægrotante in 6. & Bal. in l. cum multa. C. de bonis quæ liberis. vbi ait, *quod hanc iurisdictionem summi Pontificis totus mundus, nec tota ecclesia tollere, aut diminuere potest*, cum latè adductis a Francisco Vargas in tract. de authoritate Pontificis Maximi, seu de iurisdictione Episcoporum. Axiomate 4. & quod a summo Pontifice immediate Episcopi accipiant, est vera opinio, vt testatur Ioannes de Turrecremata in summa de ecclesia lib. 2. c. 54. & Iacobatius lib. 10. de Concilijs, art. 7. nu. 81. Illustriss. Card. Bellarm. d. lib. 4. c. 24. & eam defendit Franciscus Vargas in d. tract. confirmat. 6. & vide Gerson. de potestate ecclesi. considerat. 9. est enim tantæ authoritatis iurisdictio Pontificis circa censuras, & alia spiritualia, teste Bald. vt nullus ei possit dicere, cur ita facis? nec de eius censuris, & facto iudicare, vt in c. si Papa. 40. dist. & in c. cuncta per mundum 9. q. 5. & tradit Innocen. in c. inquisitioni, nu. 3. & 4. de sent. excomm. *Nam est maior in iurisdictione, quam Angeli*, vt tradit B. Antoninus in 3. parte summæ tit. 22. c. 5. §. 1. & §. 11. cum alijs adductis a Thoma Bozio de iure naturali, & diuino ecclesiasticæ libertatis. lib. 5. c. 10. Nam nulli Angelo commissa est iurisdictio, & cura totius cœli; sed Papæ commissa est totius mundi, & mundi nomine, etiam cœlum importatur, vt in c. omnis. 22. dist. vbi dicitur, *quod cœlestis, & terreni Imperij Petro Christus iura concessit; iure igitur maxima illi reuerentia debetur*, quam ei plurimi Principes exhibuisse testantur exempla a Ioanne Stapletonio relata in tractatu de admiranda, seu de magnitudinæ ecclesiæ Romanæ lib. 2. c. 4.

3

4 Præstant igitur Principes Romano Pontifici obedientiam, vt in extrauaganti vnam sanctam de maioritate, & obedientia. Soto de iustit. et iure, lib. 2. quæst. 6. artic. 4. in fine, et plura

et plura de veneratione erga Pontificem, et Religionem, tradunt Petrus Gregorius Tholosanus de Republica lib. 12. Lælius Zechius lib. 2. Polyticorum cap. 5. num. 1. et Thomas Bozius lib. 5. de iure naturali, & diuino ecclesiasticæ libertatis. cap. 4. et 5. vbi adducit exempla Principum Hæreticorum, & Gentilium. et Henricus Farnesius de perfecto Principe, ad Clementem Octauum, tom. 3. de Religione in principio, et cap. 3. et 20. et 24. et Diuus Cyrillus de recta fide, inquit, *gloriosa est in Deum pietas, & in regijs honoribus immobile fundamentum*. Plura de reuerentia Principum erga Pontificem Iodocus Coccius in thesauro Catholico tom. 1. lib. 7. de Hierarchia ecclesiæ art. 8.

5 Principes vero ab hac reuerentia, et veneratione Pontificum deflexi, qui honorem, et ministerium Pontificum sibi assumpsere, quas pœnas passi sint, videant Veneti, Oziam lepra percussum, secundo Paralippomenon cap. 26. et Reg. 1. cap. 15. Saulem regno priuatum. Tullum Hostilium fulmine percussum Liuius lib. 1. Plin. lib. 2. histor. natur. cap. 53. Iulianum Apostatam sagitta è cœlo demissa occisum, vt testatur Nicephorus lib. 10. historiæ ecclesiasticæ cap. 38. et plura alia exempla apud Bozium dicto
6 tractatu lib. 6. c. 11. 12. et 13. vbi plura mala accidisse his, qui libertatem ecclesiasticam violare conati sunt. Quæ vero bona fuerint consequuti, qui eam sunt tutati, legat Bo-
7 zium dicto tractatu lib. 3. c. 3. et lib. 6. c. 14. pro qua tuenda, et contra eos, qui volunt cognoscere, et iudicare de literis, et mandatis Apostolicis execrationes inuenies in Bulla Cœnæ Domini, et nouas etiam potest summus Pontifex imponere et contra eos arma mouere. *compelle eos intrare* (inquit dominus) Matth. c. 22. de quo Bozius sæpius citatus, d. tractatu lib. 3. c. 8. et 9.

Discant igitur Veneti Pontificem summum, eiusque censuras venerari, et ab antiqua eorum consuetudine, non parendi, Pontificijs præceptis discedere, vt tradit Felynus c. cum sit generale. de foro competenti, num. 20. vbi dicit

Vene-

8 *Venetos non timere Papam*, & habetur in epistola Serenissimæ Reip. Genuensis missa ad Serenissimam Remp. Venetam, in qua respondetur epistolæ missæ a Serenissimo Duce Venetorum, circa hanc controuersiam, quam cum Pontifice habent, & tempore quoque Gregorij 9. Veneti fecerunt quædam decreta contra libertatem ecclesiasticam, de quibus cõqueritur ipse Gregorius in epistola missa ad Ducem, & communitatem Venetorum, quæ incipit, Grandem & grauem, data in Lateranen. Pont. sui anno 7. vbi dicit *quare libertas ecclesiastica, videtur in Ciuitate vestra subuersa, ac ab eius finibus penitus emigrasse*, & Theodosij 2. exemplum sequuntur, de quo Nicephorus lib. 14. hist. ecclesiast. c. 3. *qui cum a quodam monacho esset excommunicatus, noluit in regio conuiuio cibum sumere, antequam vinculis sibi iniunctis solutus esset*. Alia exempla inuenies apud Bozium lib. 2. c. 16.

Qua itaque fronte in faciem Papæ resistere audent? cum in iniusto Leonardi Ducis edicto dicatur, has censuras esse iniustas, nullas, & contra Sanctorum Patrum, & Canonum statuta, atque iuris ordine prætermisso prolatas. quæ enim eis auctoritas est, vt de censuris Pontificis iudicium proferãt?
9 an putant sibi licuisse quod diuo Paulo licitum fuit? vt in facie diuo Petro resisteret, ad Galatas c. 2. habent ne illi in ecclesia eam authoritatem, quam D. Paulus a Christo domino habebat? quis enim Petrum auderet reprehendere, nisi alius Apostolus inter primates ecclesiæ constitutus? Tum etiam quia illa reprehensio modeste fuit facta, & circa rem maximam, quæ nullam moram patiebatur; nam cum Petrus iudaicos ritus abrogasset, & posse cum gentibus comedi decreuisset, vt habetur in Actibus Apostol. c. 10. & 11. postea autem ab hoc se subtrahebat, timens Iudæos; & ideo reprehensibilis factus est a Paulo, vt inquit ibi diuus Ambrosius. est ne eadem hæc causa ecclesiæ vniuersalis, cum causa Venetarum legum? non sanè. quo fit, vt dum obsistunt literis, & mandatis Pontificis, grauissimè peccent, contra ius diuinum & naturale, quod ordinem in omnibus seruare præcipit, vt in specie tradit Bozius lib. 4. c. 12. in fi. & vt dicit Diuus Cyprianus epist. 69. ad Puppia-

10 pianum, *qui est contra Papam, non est in ecclesia Dei, & Spoliatus ab statu fœlicitatis excidit*. Bozius lib. 6. c. 10. Debuissent itaque Dux, & Senatus se abstinere, etiam si denuntiati non essent, tum propter notoriam carcerationem clericorum, tum etiam, quia extrauagans ad euitanda scandala, non iuuat ipsos excommunicatos, vt docet Couarru. in c. alma mater 1. par. §. 2. nu. 11. Nauarrus in Manuali c. 27. nu. 35. notabili 2. Oportebat enim ad Pontificem recurrere, & ab eo medelam accipere, quæ si esset necessaria, ne vtiquam negaretur.

11 Ex quibus omnibus superius relatis, notum sit habere summum Pontificem hanc excommunicandi potestatem, & ita hac in re, non defuisse primam qualitatem, seu requisitū iurisdictionis, ad proferendam sententiam excommunicationis, & interdicti contra Venetos; nec hoc ipsi negabunt, nec etiam quod eis necessitas obtemperandi maneat, iuxta c. ecclesia S. Mariæ de Constitution. & in c. fin. de rebus ecclesiæ non alienandis. Pergamus ergo ad secundum requisitum, seu qualitatem de rectitudine censurarum.

12 Omnes tamen admoneo vt caueant a literis Venetorum missis ad Principes, & Resp. Catholicas, in quibus dicūt summum Pontif. velle vsurpare iurisdictionem secularem, vt omnes contra Papam insurgant, & Venetorum causam defendant; hoc enim merum commentum est, nec de hac re quicquam Sanctissimus excogitauit, & Venetorum conatus, nihil hactenus profecerunt; nam dominus meus Rex Catholicus, Oratori Venetorum respondit, se numquam defuturum, quin Pontificis causam, & authoritatē tueatur, & defendat. Idem etiā respondit Serenis. Resp. Ianuensis in epistola supra citata.

---

§. Secundus. *An recte fuerint prolatæ censuræ.*

SVMMARIVM.

1 *Ad excommunicationem debet præcedere peccatum mortale.*

2 *Pro veniali peccato non fertur excommunicatio nec pro mortali nisi graui.*

3 *Pro-*

3 *Probatur, quod Veneti multa, & grauia peccata commiserint statuendo contra libertatem ecclesiasticam, & committunt sacrilegium.*

4 *Quod ordinatur ad reuerentiam sacrorum, ordinatur ad reuerentiam Dei, & habet rationem sacrilegij.*

5 *Quam pœnam incurrit sacrilegus.*

6 *Violatores libertatis ecclesiasticæ, ipso iure sunt excommunicati.*

7 *Speciale est, vt statuentes contra libertatem ecclesiæ, sint ipso iure excommunicati.*

8 *Agitur de intellectu c. nouerit de sentent excom.*

9 *Consiliarij, qui non fuerunt in voto ferendi statuta, non sunt excommunicati.*

10 *Secundum peccatum vsurpatæ iurisdictionis.*

11 *Sunt hæ leges contra authoritatem Apostolicam.*

12 *Propter carcerationem clericorum.*

13 *Non excusantur ab hoc peccato incarcerationis, propter priuilegium, quia eo nolunt vti, & actus non sustinetur nisi de iure, & tit. quo ipsi dicunt facere.*

14 *Cognoscendo de causis clericorum, sunt ipso iure excommunicati.*

15 *Faciunt iniuriam ecclesiæ, vsurpando eius iurisdictionem.*

16 *Immo est contemptus religionis: est communis opinio.*

17 *Quia sunt transgressores legum, & canonum ideo peccant.*

18 *Peccant, quia cogunt sacerdotes ad celebrandũ spreto interdicto.*

19 *Quia sunt causa, quod sacerdotes committant grauissima peccata non seruando censuras, in quo etiam faciunt peccare laicos.*

20 *Non excusantur sacerdotes ob timorem mortis.*

21 *Oppugnatores libertatis ecclesiasticæ, hæretici appellantur a Diuo Gregorio, & demonibus appropinquant.*

22 *Statuentes contra libertatem ecclesiasticam, priuantur feudis ecclesiasticis, & possunt mulctari alijs pœnis, in proprijs bonis.*

23 *Peccant contra iustitiam commutatiuam, propter septem iniquitates dictarum legum, de quibus supra 1. parte §. 1.*

24 *Concluditur Venetos iustè, & rectè fuisse excommunicatos, quia transgressor præceptorum peccat mortaliter.*

25 *Quas excusationes inueniant Veneti aduersus censuras, & interdictum.*

26 *Prima excusatio, quod habent iurisdictionem.*

27 *Secunda excusatio, quia dicunt, quod censuræ sunt nullæ, ex defectu causæ, & propter omissum ordinem.*

28 *Veneti adducunt authoritatem D. Gregorij c. sententia pastoris.*

29 *Iniusto præcepto non tenetur quis parere.*

30 *Dicunt, quod opinio sua est probabilior, nec potest eos cogere sum-*

mus Pontifex, vt seruent contrariam opinionem.
31 Quod non sufficit, quod Papa dicat, quod opinio Venetorum non est bona.
32 Quod ecclesiastici ob timorem vitæ, & honoris excusantur.
33 Ratione ignorantiæ inuincibilis.
34 Respondetur excusationibus Venetorum.
35 Respondetur ad primam excusationem, quod opinio Signoroli est communiter reprobata.
36 Respondetur ad secundam excusationem, circa iustificationem censurarum.
37 Explicatur authoritas Diui Gregorij in c. sententia pastoris.
38 Distinguntur quatuor casus pro explicatione sententiæ Diui Gregorij, primus quando superior præcipit id, quod est peccatum, & si subditus obediret, peccaret.
39 Infertur contra Venetos.
40 Ponitur 2. casus quando superior iustè præcipit, & subditus potest sine peccato obtemperare.
41 Ponitur 3. casus, quando superior iniustè præcipit, inferior tamen absque peccato potest parere, & in hoc casu procedit sententia Diui Gregorij.
42 Prosequitur eundem casum tex.
43 Autboritas Gratiani, & Gersonis explicatur.
44 Facultas discernendi causas iuste, aut iniustè excommunicati, non datur cuilibet sed iudici.
45 Infertur contra defendentes leges Venetas.
46 Agitur quando sententia summi Pontificis est iniusta.
47 Quod Dux, & Senatus tenētur seruare censuras, & interdicta, nam seruando illa non peccant.
48 Quando Papa præcipit laico.
49 Theologi, qui dicunt, quod Concilium est supra Papam, sunt excommunicati.
50 Casus 4. quando sumus in dubio an praeceptum sit iustum an nō.
51 Non sufficit, quod iniustitia sit nota parti, sed debet constare ex processu.
52 Respondetur ad 2. excusationem, qua dicunt, quod habent pro se opinionem probabilem.
53 Qui habet contra se communem opinionem, non potest habere iustam excusationem.
54 Prosequitur de probabili opinione.
55 De eadem probabili opinione ex sententia Caietani.
56 Respondetur ad 4. excusationem, qua dicitur, quod non est standum declarationi Pontificis.
57 Leges de præscriptione cum mala fide substulit summus Ponti-

fex Innocentius 3.

58 Lex ciuilis, quæ habet peccatum reprobari potest a Papa.

59 Explicatur sententia Patris Victoriæ.

60 Summus Pontifex est acerrimus defensor libertatis ecclesiasticæ & debet leges contrarias corrigere.

61 Debet aduertere summus Pontifex, ne temporalis administratio noceat Christianæ Reip.

62 Potest summus Pontifex reuocare statuta contra libertatem ecclesiasticam.

63 Qualiter in hoc se habere debeat summus Pontifex.

64 Prosequitur eandem materiam.

65 Quando Papa præcipit statuta deleri, non est necessaria citatio.

66 Summus Pontifex non potest absque peccato demittere hanc defensionem.

67 Sanctissimus D.N. omnia requisita obseruauit in monitorio.

68 Respondetur ad gloss. in c. ad aures de temporibus ordinatio. verbo. obedientiam.

69 Respondetur ad sententiam Patris Victoriæ, quod loquitur de lege ciuili, quæ non est contraria saluti animarum.

70 Respondetur ad id quod dicunt, quod Papa esset iudex in sua causa.

71 Respondetur ad id, quod dicũt de iusto timore mortis & bonorũ.

72 Respondetur ad id, quod dicunt, quod leges humanæ non obligant cum tam magno dispendio.

73 Arguuntur Prælati, & clerici cõmunicantes cum excommunicatis, & illis administrando sacramenta.

74 Respondetur ad id, quod dicunt, quod ratione scandali non tenentur obseruare censuras.

75 Ciuitas Veneta non erat excommunicata, sed interdicta, nec excommunicatione Ducis debuit scandalizari.

76 Respondetur ad 6. excusationem desumptam ex doctrina Inno. in c. nouerit de sentent. excom. vbi agitur, quando ignorantia excuset a censuris: vbi distinguitur duplex ignorantia vincibilis, & inuincibilis.

77 Ignorantia inuincibilis quando excuset.

78 Ignorantia vincibilis non excusat.

79 Quando ignorantia inuincibilis est circa prohibitum de iure diuino, distinguitur.

80 Prosequitur eandem quæstionem.

81 Quid de ignorantia circa ius positiuum.

82 Ignorantia vincibilis est quando quis ignorat, quæ ad eius officium spectant.

83 Quæ de ignorantia vincibili, & inuincibili dicta sunt, inducuntur ad

tur ad quæstionem, vtrum Veneti possint excusari a censuris, vbi agitur quod non bene ad hoc Nauarr. adducit authoritatem Innocentij quarti.
84 *Explicatur c. nouerit. & c. grauem de sent. excomm.*
85 *Explicatur c. nouerit.*
86 *Ponitur communis opinio, & intellectus d.c. nouerit.*
87 *Explicatur text. in c. grauem 53. de sent. excõmm.*
88 *Excõicati quare possunt ab homine excõmunicari pro eod. delicto.*
89 *Agitur iterum de intellectu c. nouerit.*
90 *Iterum agitur, an Veneti excusentur a censuris.*
91 *Respondetur ad authoritatem Nauarri.*
92 *Respondetur ad authoritatem Caietani.*
93 *Veneti fuerunt etiam contumaces contra censuras Iulij secundi.*
94 *Monitorium S.D.N. Pauli V. mitius est quàm fuit monitoriũ Iulij secundi.*

1 RΕctitudo censurarum a resolutis in prima assertione maxime pendet; nam vt recte proferatur excommunicatio, necesse est, vt peccatum mortale præcedat eius, quem iudex vult excommunicare; vt habetur in c. sacro approbante Cõcilio 48. §. caueat, ibi *absque manifesta, & rationabili causa*, de sent. excomm. & in c. 1. §. quisquis, ibi & *causam excommunicationis*. de sent. excomm. in 6. causa autem excommunicationis debet esse peccatum mortale præcedens, aut futura inobedientia non parendi iusto præcepto facto præcedente mora, culpa, aut offensa, vt post Petrum de Palude, & Adrianum tradit Couarr. in c. alma mater. 1. par. §. 9. num. 1. vers. 2. Nauarrus in summa c. 27. nu. 9. & in c. inter verba. 11. q. 3. nu. 480. Et in c. 1. de iudicijs, vbi notant DD. *quod contumax in non comparendo, & respondendo, excommunicari potest*, & in c. a nobis 21. de sent. excomm. & in c. nemo 41. 11. q. 3. ibi, *nemo Episcoporum quemlibet sine certa, & manifesta peccati causa communione priuet ecclesiastica*, vbi verbum communione ecclesiastica intelligitur de excommunicatione, & priuatione Sacramentorũ; vt ibi glo. & tradit Ferdinandus Mendoça lib. 2. de confirmando Concilio Illeberritano. c. 8. vers. quod si ea. Ex. in c. Romana 5. §. caueat, ibi *vel culpa, seu offensa præcesserit*, & debet esse proprium peccatum, vt in c. si habet 1. 24. q. 3. Couarr. lib. 2. resolut. c. 8.

2 Pro veniali autem peccato non fertur excommunicatio,vt habetur in c.nullus ſacerdotum 42.cauſa 11.q.3.ibi *nullus ſacerdotum quemquam rectæ fidei hominem, pro paruis, & leuibus cauſis a communione ſuſpendat, præter eas culpas, pro quibus antiqui patres arceri ab eccleſia iuſſerunt, committentes*. Petrus Ledeſma in ſumma 1. par.tractatu de cenſuris. c.3. de excomm. concl.4.conueniuntq. omnes ſummiſtæ, verbo excommunicatio. & canoniſtæ in c. ſacro. nec ſufficit quodlibet peccatũ mortale,niſi ſit graue, cui tam grauis pœna debeat correſpõdere,ad tradita in l.ſancimus.10.C.de pęnis,alias eſſet contra iuſtitiam commutatiuam ſi pro leui peccato etiam mortali, tam grauis pœna imponeretur: ſic neceſſe eſt vt mortale peccatum ſit graue,vt colligitur ex Concilio Trid.ſeſſ.25.c.3. de reformat. & tradit Innoc.in c.nouerit 49.in fi.& ibi Abb. Butrius,Cardinalis,Hoſtien. & alij de ſent.excom. & ex cõmuni reſoluit Couarr.in c.alma mater. 1.par.§.9.in princ.

3 Quod autem Veneti non vnum,ſed plurima peccata commiſerint, patet ex ſequentibus. Primo nam qui manum mittunt in iura,leges ferendo circa res ſacras, incurrunt in maiora crimina,Deo permittente, vt probat Bozius lib. 5. de iure natur.& diuin.eccleſiaſt.libert.c.14. peccant itaq. mortaliter ſtatuendo contra libertatem eccleſiaſticam, & ſunt ipſo iure excommunicati,vt habetur in c.fin.de immun.eccleſiarum in 6. & in c.nouerit extra eodem,& tradit Nauarrus in manuali c.25.de peccato iudicis §.8.nu.16. & c.27.nu.119. vbi num. 120. dicit, *quod eſt reſeruata abſolutio ſummo Pontifici*. Materia iſtius peccati eſt ſacrilegium, vt docet Caietanus in ſumma c.31. & habetur in c. cum ſit generale 8. de foro competen. ibi, *Vt malefactores ſuos, qui ſacrilegi ſunt cenſendi*, & in c. de viro 17.cauſa 12.q.2. ibi, *depredationes violentas inferre demoniaco auſu præſumpſit*, & ibi, *in tam impio, & iniquo ſcelere fuerunt*. Gloſſ. in cap. 2. de foro competenti, verbo cui iniu-

4 riam; nam vt inquit Diuus Thomas 2.2.q.29.art.1.& 3. in corpore articuli, *quod ordinatur ad reuerentiam ſacrorum, pertinet ad reuerentiam Dei, & habet rationem ſacrilegij, & tanto eſt grauius ſacrilegium, quanto res ſacra in quam peccatur*,

tur, maiorem obtinent sanctitatem, quæ consistit in sacramentis, personis, & rebus sacris. Et post sacramentum, primum locum obtinent sacræ personæ, vt tradit Bozius lib.4. de iure naturali, & diuino libertatis ecclesiasticæ c.2.

5 Et quamuis sacrilegus de iure communi regulariter non incurrat maiorem excommunicationem ipso facto, sed minorem, vt docet Soto in 4. 1. tom. sectione 22. q. 2. art. 3. vers. circa. & gloss. in c. cum sit generale. verbo malefactores. & in cap. conquestus 16. verbo inuasores. de foro competenti, & in cap. conquesti 22. verbo excommunicatos. de sentent. excomm. quamuis Franciscus Suarez de censuris disposit. 20. & 22. sect. a num. 4. dicat, quod sacrilegi sunt ipso iure excommunicati; nam verius est quod sunt excōmunicandi, nisi in certis casibus, vt in casu c. si quis suadente 29. causa 17. q. 4. & in incēdiarijs, & in c. tua. 19. & c. fractoribus ecclesiarū. vt in d. c. conquesti 22. de sent. excom.

6 Vnde violatores libertatis ecclesiasticæ, non sunt ipso iure excommunicati, sed excommunicandi maiori excommunicatione, vt in c. nulli licet 3. cum duobus seqq. 12. q. 2. & tradit glo. recepta in d. c. cum sit generale. verbo malefactores, & in Concilio Trident. sess. 25. c. 20. de reformatione.

7 Innouantur omnes pœnæ contra violatores libertatis ecclesiasticæ, tamen speciale est in sacrilegio commisso per statuentes aliquid contra libertatem ecclesiasticam; nam sunt excommunicati ipso iure, vt in c. non minus de immunit. ecclesiarum, & in c. fin. eod. tit. lib. 6. tex. in c. grauem 53. vbi glo. verbo promulgare. & verbo priuatos. de sent. excomm. & in c. nouerit, eod. tit. Caietanus in summa, verbo excommunicatio c. 31. vers. vbi sunt multa notanda. Nauarrus in summa c. 27. nu. 118. & 119.

8 Et est aduertendum, quod tempus duorū mensium assignatum in d. c. nouerit, procedit quoad statuta facta ante promulgationē illius constitutionis, iuxta regulam, de qua in Authentica, vt nouæ factæ constitutiones obligent intra duos menses, quod tempus assignatum est, tam his qui illa statuta fecerunt, quam cæteris consiliarijs non statuentibus. cæterum

in

in verſ. item excommunicamus, excommunicantur qui poſt illam Cõſtitutionem fecerint ſtatuta, qui ſtatim ſunt ipſo iure excommunicati, nec habent tempus duorum menſium, vt docet Ioannes Andreas, ibi ad finem, vbi dicit, *quod ligat ignorantes, quia ille canon iam erat promulgatus*, alij tamen dicunt, quod duo menſes, de quibus ibi, dantur etiam illis, qui poſt dictam Conſtitutionem fecerint ſtatuta contra libertatem eccleſiaſticam, quod videtur probari in c. grauem 53. eodem tit. Nam vt obſeruat Caietanus in verbo excommunicatio in d.c. nouerit, non dicitur *hactenus ædita ſtatuta*, *ſed ſimpliciter ſtatuta ædita*, ſed prima opinio verior videtur, cum illa deciſio d.c. loquatur per verba de præterito, ibi, *ſtatuta ædita*, & ibi, *conſuetudines introductas*, & pro iſta opinione, & in d.c. grauem, ibi, *ædere præſumpſerunt*, & ibi, *ſtatuerunt illi* &c. Et hæc opinio magis placet Caietano d. c.31. verſ. 2. ſed hodie ceſſat hæc quæſtio ex c.fin. de immunitate eccleſ.lib.6. vbi, aſque aliquo termino ſunt excommunicati; de quo latius inferius eſt agendum. Et in hanc excommuni-
9 cationẽ non incidunt Conſiliarij, quorum voto non fuit conditum ſtatutum, niſi in eius fuerit poteſtate illud reuocare, vt docent Innoc. Butr. & alij in d.c. nouerit.

10 Secundum peccatum, quia vſurpant iuriſdictionem eccleſiaſticam ſtatuendo, & ita ſunt ipſo iure excommunicati, vt in c. ſi clericus laicum 5. & in c. cum ſit generale, & in c. conqueſtus. eodem tit. & in iuribus, & gloſſis adductis in caſu proximo præterito, quando vſurpant libertatem eccleſiaſticam, & habetur in c. non minus. de immunitate eccleſiarum. tradit Caietanus verbo excommunicatio c. 40. & habetur in Bulla in Cœna Domini, vt per Nauarr. c.27.nu.69. & c.25. de peccatis iudicis §.4. nu.13. & hoc eſt ſacrilegium, vt per Caietanum d. c.4. & hoc peccatum quando violatur iuriſdictio eccleſiaſtica, vel libertas, poteſt poni in ſeptimo præcepto decalogi.

11 Tertio, huiuſmodi ſtatuta ſunt contra authoritatem Sedis Apoſtolicæ, & in eius derogationem, vt in d.c. grauem 53. de ſentent. excomm. nam vt inquit ibi Hoſtienſis, eo ipſo quo vio-

violatur libertas ecclesiastica offenditur, & læditur authoritas Sedis Apostolicæ, & eius iurisdictio.

12 Quarto, quia graue peccatum commissum est dum clericos in carcerem coniiciunt, & detinent, pro quo crimine sunt etiam sacrilegi, & ipso iure excommunicati, vt in c. si quis suadente diabolo. 17.q.4. & in c.nuper 29. cum alijs iuribus, de sent.excomm.

13 Nec ab hoc peccato, & censura sunt immunes propter priuilegia Apostolica, de quibus in secunda assertione est facta mentio in fine: nam ipsi dicunt, quod hoc ius incarcerandi clericos, & cognoscendi de eorum causis competit Duci iure proprio, & iure diuino immediatè a Deo: nec dicant, quod id faciunt virtute priuilegiorum; nam actus ille, & cognitio causarum non potest sustineri, nec valet ex priuilegio, sed ex iure, quo ipsi faciunt (quod tamen nullum est) vt probauimus ad finem primæ assertionis, & probatur ex traditis a Iasone in l.exigendi.nu.9.vers. sexto fallit, & in l.maritus.nu. 7.C. de procuratoribus. vbi dicit, *quod si maritus comparet in iudicio tamquam procurator vxoris, si non apparet de mandato, non tenet iudicium ex alio capite, tamquam agitatum à coniuncto; nam cum agat ex vna causa, non sustinetur iudicium ex alia*, vt in c. cum super Abbatiam 23. de officio delegati; nam vt inquit ibi glosa, verbo mutuo, *non valet actus quia non potest, nec potest, quia non vult*, iuxta regulam legis, multum interest, C. si quis alteri, vel sibi: potest enim priuilegiatus non vti priuilegio, quia beneficium non confertur in inuitum, vel illud expresse renunciando, vt in l. si quis in conscribendo C. de pactis, vel tacite. vt in c.si de terra 6.c. accedentibus. 15.de priuilegijs. l.1. ff. de nundinis. legistæ in l.fin. de Constitution. Principum.

14 Quinto, quia cognoscendo de causis clericorum, nec eos remittendo ad iudicem ecclesiasticum, peccant mortaliter, & sunt ipso iure excommunicati; etiam si eos non teneant in carceribus, vt diximus supra in fine primæ assertionis cum Ripa in c.2. de foro competenti. nu. 29. & 73. & habetur in Bulla in Cœna Domini, vt per Nauarr.c.27.nu.70.

15 Sex-

15 Sexto peccant, quia faciunt iniuriam ecclesiæ, & personis ecclesiasticis, vsurpando iurisdictionem eorum, & de causis clericorum cognoscendo, vt in c.2. de foro competenti, ibi *cui iniuriam irrogare dignoscitur* ideo ab ecclesia, in quam peccauerunt non debent admitti, q̃ iniuriam, ante condignam satisfactionem, summus Pontifex non debet remittere, vt per gloss. in d.c. conquestus 16. de foro cōpetenti verb. 16. inuasceres. in fine; nam iniuria, quæ fit dignitati, debet puniri, vt in c.1. de maledicis, dixi in repetit. legis vnicæ C. si quis Imperatori maledixerit c.2.

16 Immo, & contemptus religionis fit in omnium iniuriam, teste Marco Tullio in 9. Philippica, & in c.4. §. hac primũ. C. de hæreticis, ibi, *quia quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam*, ex quo tex. notatur, *quod iniuria, quæ infertur religioni, est publicum crimen, & ad omnes pertinet*, vt ibi per DD. & tradit Lelius Zechius de Principe lib. 2. c. 5. nu. 1.

17 Septimum peccatum quia transgressi sunt iustas leges. imponentes pœnã excommunicationis, & sic commiserunt graue peccatum mortale, vt docet Caietanus in summa, verbo præceptum. & hæc communiter docet Franciscus Suarez de censuris disputat. 18. sect. 3. nu. 12.

18 Octauo peccant grauissimè, quia cogunt metu pœnarum mortis, & amissionis bonorum celebrare diuina officia publicè in locis interdictis, pro quo sunt etiam excommunicati ipso iure, vt in Clementina. graue. de sentent. excomm.

19 Nono quia sunt causa, quod sacerdotes committant grauissima peccata, & incidant in irregularitatem, celebrando, non seruando interdictum, atque etiam sunt causa, vt laici peccent in vilipendium, & contemptum censurarum Aposto-
20 licarum, & authoritatis Pontificiæ, nec dicti sacerdotes excusantur ab his peccatis propter periculum mortis, nam timor non excusat a peccato, & potius oportet mori, cum magis teneantur defendere authoritatem, & potestatem ecclesiæ ferendi excommunicationem, & illius valorem, quam vitam corporalem, vt in c. sacro 5. ibi, *cum pro nullo metu debeat quis peccatum mortale incurrere*. de his quæ vi, & in c. ita ne 31. q. 5.

& post

& post Maiorem,& Syluestrum tradit Nauarr. in c.27.nu.36. & habetur lib.1.Machabæorū c.2. vbi referuntur verba Mathathiæ, quando Anthiocus cogebat Iudæos, vt Dijs immolarent, & dicit, *non est nobis vtile relinquere legem, & iustitias Dei,non audiemus verba Regis Anthiochi,nec sacrificabimus,trāsgredientes legis nostræ mandata, vt eamus altera via; occiditque Mathathias virum,quem Rex Anthiocus miserat,qui cogebat immolare iudæos*,& facit in c.inquisitioni 44.de sententia excom. ibi, *in primo casu, debet potius excommunicationis sententiam humiliter substinere, quam per carnale commercium peccatum operari mortale*,vbi Innocen.nu.3.& ibi Marianus Socin.nu.8. dicunt *quod præceptum superioris non debet impleri si adimplens peccaret*. de quo latius infra.

21 Decimo,quia oppugnatores ecclesiasticæ libertatis,hæretici,& schismatici appellantur a Diuo Gregorio in 4. Psalmo Pœnitentiali, & contra eos tamquam suspectos de hæresi procedi potest,vt tradit Bellam.cons.40.nu.35.Fr.Do. Banes de iust.& iure.q.67.art.1. conclus.4. & Fr. Michael Salon ad D.Thom.2.2.q.67.art.1.conclus.3. Bozius lib.5. de iure naturali, & diuino ecclesiasticæ libertatis c.15.vbi etiam lib.6. c.9.dicit, *quod maxime dæmonibus approquinquant*; nam vt dicit Diuus Cyprianus supra relatus epistola 69. ad Puppianum, *qui est contra Papam non est in ecclesia Dei*,vt supra diximus.

22 Vndecimo statuentes contra libertatem ecclesiasticam priuantur feudis ecclesiasticis, vt habetur in c. grauem. de sesten.excom. in fine, & possunt alijs pœnis mulctari, vt per Abb.ibi in fine.

23 Duodecimo his adijcimus, quod dicti Veneti sunt in grauissimo peccato, contra iustitiam commutatiuam propter septē iniquitates,quæ in dictis legibus continentur, & præcipue propter legē secundā,quæ directo impedit diuinū cultū, & retrahit homines a sacrificio Dñi, vt habetur lib.1. Reg.c.2. de peccato puerorū sacerdotis.Inquit.n. *erat ergo peccatū puerorū grande nimis coram domino,quia retrahebant oēs a sacrificio domini*; vnde dicit Dominus. *quare calce abiecistis victimā meam,& munera mea,quæ præcepi, vt offerentur in templo, & magis honorasti*

filios tuos, quam me vt comederetis primitias omnis sacrificij Israel populi mei? &c. Hæc autem iuste dici possunt de d.l.2. nam ea, quæ Deo essent offerenda, ipsi Veneti percipiunt magis sibi, quam sacrificio Dei consulentes, propterea, quod, vt in eodem loco habetur, dicit Dominus, *quicunque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt, erunt ignobiles.*

Si quis autem scire cupit Prælatorum Venetorum peccata interdicto Sanctissimi D. N. non obtemperantium, legat elegantem tractatum Illustrissimi D. Cardinalis Columnæ ad Sanctissimum D.N. vbi plura docte agit, quod ratione metus nullo modo excusari possint.

Cum itaque tot, ac tanta peccata sint commissa, pro qui-
24 bus ipso iure latæ sint sacræ censuræ necessario fatendum est iuste fuisse excommunicatos a Sanctissimo, tenerique præstare obedientiã eius sanctissimis monitis, & præceptis; siquidem transgressio cuiuslibet præcepti liciti, & honesti peccatum mortale est, vt habetur 14. q. 1. in c. quisquis. 14. q. 3. ibi *quod præcipitur, imperatur, quod imperatur necesse est fieri; si non fiat pœnam habet; pœna autem est excommunicatio, vel aliquid simile.* vt tradit Caietanus in verbo præcepti trãsgressores, & in c. 2. de maioritate, & obedientia, & Diuus Paulus ad Rom. c. 13. *qui resistit potestati Dei ordinationi resistit*, et habetur in c. qui resistit 97. causa 11. q. 3. etiam si dubitet, an id sibi iuberi possit, vt in c. quid culpatur. 23. q. 1. nam eam dubitationem tenetur deponere, vt tradit Nauar. c. 23. a nu. 35. Corduba in quæstionario lib. 3. q. 5.

Et cum trãsgressi fuerint plura præcepta, plura etiam peccata commisere, et de omnibus tenentur se accusare, vt docte tradit Nauarr. in manuali c. 11. nu. 4.

25 Verum, quia ea est post naturam corruptam humani generis conditio, vt in peccatis excusationes inueniat, vt Genes. 3. vbi Adam in mulierem culpam reiecit, mulier autem in serpentem, et Psalm. 140. *Domine clamaui ad te* &c. ibi, *ne declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis, cum hominibus operantibus iniquitatem, &c.*

26 Hoc morbo laborant quoq. Veneti dum aduersus Ponti-

ficia

ficia præcepta, censuras, ac interdicta causantur quædam: nam primo dicunt, quod ipsi habent potestatem, et authoritatem ad condendas prædictas leges ob publicam vtilitatem et ad carcerandos, et puniendos clericos. Nec dictæ leges sunt contra libertatem ecclesiasticam, et authoritatem Pontificiam, quam nec ipsi lædunt, nec sibi assumunt, idq. volunt probare ex sæpius agitata doctrina Signoroli de Homodeis, et Bald.

Secundo dicunt, quod cum hæc ita se habeant, præceptum
27 Pontificis, et censuræ, quibus præcipitur, vt huiusmodi leges deleantur de libro viuentium, et quod incarceratos clericos ad iudicem ecclesiasticum remittant, sunt iniustæ ex defectu causæ, et nullæ propter omissum ordinē, ac propterea quam-
28 uis sint timendæ sententiæ pastoris iniustæ, vt inquit D. Gregorius Homil. 26. in Euangelia, et habetur in c. 1. 11. q. 3. *sententia* (inquit D. Gregorius) *siue iusta, siue iniusta fuerit, timenda est* non dicit seruandam, sed timendam, vt etiam habetur in c. quibus Episcopis eadem causa, & quæstione. & explicat Gratianus in c. si Episcopus 40. §. præmissis. eadem causa, & quæstione. & in c. nemo 41. eiusdem quęstionis ibi *nemo Episcoporum quemlibet sine certa & manifesta peccati causa communione priuet ecclesiastica.* et ita explicat Gerson locum Diui Gregorij in tractatu de sententia diui Gregorij. Et ratio est, quia iniusto superioris pręcepto non tenetur quis parere vt in c. qui resistit 97. et in c. Imperatores. 98. c. quid ergo 99. c. si is qui 101. eadem causa, et q. et in c. inquisitioni. 44. de senten. excom. vbi Innoc. nu. 3. et 4. notat. et post eum reliqui DD. quod præcepto iniusto Papæ non est obediendū, sed supersedendum in eius executione; vt in c. si quando de rescriptis; vbi Nauar. copiose. idem in c. inter verba 11. q. 3. corollario 53. immo adducunt, quod licet se armis defendere, et ad hoc adducunt Illustr. Bell. lib. 2. de Rom. Pont. c. 29. vbi dicit, *itaque sicut licet resistere Pontifici inuadenti corpus, ita licet resistere inuadenti animas, vel turbanti Remp. & multo magis si ecclesiam destruere niteretur licet inquam, ei resistere, non faciendo quod iubet, & impediendo, ne exequatur voluntatem suam, &c.*

30 Tertio dicunt, quod eorum opinio, & si non esset vera, est tamen probabilis, cum pro se habeāt authoritates doctissimorum virorum, ad tradita per Nauarr. in Manuali c.27.n.289. vnde summus Pontifex non potest eos cogere, vt alteram sequantur opinionem, neque ad id poterit eos cogere eorum confessor, vt docet Victoria in summa tract. de confessione. nu.177.

31 Quarta difficultas, quia non sufficit, quod Papa affirmet suum præceptum esse iustum; vt probat glo. in c. ad aures 5. verbo obedientiam, de tempor. ordination. & Syluester verb. obediens.5. & text. in c. inquisitioni. de sent. excom. & augetur difficultas; nam si Papa dicat, quod aliqua lex non expedit ad gubernationem Reip. Rex autem diceret contrarium, non est standum sententiæ Papæ, sed Regis; nam Papa non debet vsurpare potestatem ciuilem, vt in c. per venerabilē 13. qui filij sint legitimi; nam videretur esse iudex in causa propria cōtra l. vnicam. C. ne quis in sua causa iudicet, & in l. qui iurisdictioni præest. de iurisd. om. iud. & in specie tradit Victoria in 1. relect. de potestate ecclesiæ sect.6. nu.13. & 14.

32 Quinto dicunt, quod ecclesiastici propter timorem vitæ, & bonorū excusantur ab obseruatione legis, & præcepti humani, ex traditis a Nauar. c.17. nu.3. D. Tho. in addition. q.25. art.1. Soto de iustitia lib.1. q.6. art.4. Nauarr. prælud.7. nu.12.

33 Sexto pro eorum opinione possent adducere authoritatem Innoc. in c. nouerit 49. nu.3. vers. si quæris. quem ibi sequitur Hostiens. in fin. & Nauar. in Manuali c.27. nu.119. vers.4. inquit Innoc. *quod si quis scit statutum, & tamen ignorat esse contra libertatem ecclesiasticam, non incidit in excommunicationem, quæ non cadit nisi in contumacem*, vt in c. certum. 11. q. 3. & ignorans non est contumax. l.2. ff. de pœnis, licet alias qui ignorans peccat, puniatur. vt in l. si quis verba. C. ne sanctum baptism. reiteretur. & in l. 1. ff. de legibus, ibi *delictorum quæ sponte, vel ignoranter contrahuntur coerctio*. Sic possent dicere, licet verè, dictæ leges essent contra libertatem ecclesiasticam, nos tamen eas fecimus sincero corde, credentes esse salutares, & è Republ. neque esse contra li-

berta-

bertatem eccleſiaſticam, & ita non incidimus in aliquã cenſuram; maxime, quod eas fecimus de conſilio virorum eruditorum, vt inquit Nauarr. d.verſ.4. & melius Caietanus in ſumma, verbo excommnnicatio. c. 31. vbi dicit, *Quarto notã, quod tam ſtatuarij, quam alij excuſantur ab excommunicationis cenſura, ſi puramente, & recto animo, nolentes aliquid contra eccleſiæ libertatem ſtatuere, aut ſubſtinere, conſulunt DD. reputatos &c. ſeu committunt examen eorum doctcribus huiuſmodi: & certificati ab illis, quod nil eſt contra eccleſiæ libertatem ſtatuunt, & ſcribunt. &c. aliquid quod in veritate eſſet contra libertatem eccleſiæ: quia agunt ex ignorantia pluſquam probabili: & nec apud Deum, nec apud eccleſiam agunt contra eccleſiæ libertatem; quia fecerunt quantum in ſe eſt, quod viros probos decet, excuſantur non ſolum a tanto, ſed a toto.* Et Ioannes Gerſon in tractatu de validitate excommunicationis, conſideratione 11. dicit, *quod vbi aliquis Theologus, vel I. C. dicit, quod ſententia excommunicationis non eſt ſeruanda, tunc poteſt ille, qui excommunicatur eam non ſeruare.*

34 Sed his non obſtantibus verè, & ſecuriſſimè affirmamus, quod iſti domini Veneti grauiſſimè peccant non parendo cẽſuris Apoſtolicis, quibus irrefragabiliter tenentur parere, & quod prædictæ leges ſunt iniuſtiſſimæ, & iniquæ in Dei Opt. Max. & eius Vicarij offenſam, ac etiam contra iuriſdictionem & libertatem eccleſiaſticam, & quod eas condendo, & obſeruando, & cognoſcendo de cauſis clericorum, & eos carcerando, & detinendo, inciderunt in grauiſſima peccata, pro quibus & propter contumaciam, ſunt legitimè excommunicati, vt ſuperius a nobis ſatis probatum eſt.

35 Nec obſtant in contrarium adducta. Non primum, quod prædictæ leges non ſunt contra libertatem, & iuriſdictionem eccleſiæ, & quod ipſi habent authoritatem ad illas condendas iuxta doctrinam Signoroli, & Bal.

Nam reſpondetur, quod opinio Baldi, & Signoroli non eſt vera; immo magis communiter eſt reprobata, neque habet pro ſe iuridica fundamenta, vt ſuperius in prima aſſertione fuit demonſtratum: & cum ſuper hoc falſo fundamento

ma-

magnam argumentorum molem superponant necesse est, vt diruto fundamento, tota moles corruat, & hoc sufficiebat pro responsione omnium sex prædictarum difficultatum, sed specifice vnicuique respondebimus.

Ad primam, vt modo dictum est de authoritate Baldi, & Signoroli.

36 Ad secundam difficultatem, seu argumentum, in quo dicitur, quod ex defectu causæ, sunt iniustæ censuræ, & nullæ, propter omissum ordinem; Respondetur, quod de iustificatione causæ, & de auctoritate Pontificis, copiosè a nobis demonstratum est in prima assertione,& in secunda,in principio, & in §.1. & in hoc §.2.

Quod autem non sit omissus ordo; immo etiam si esset omissus,censuræ essent validæ,non vero nullæ: tractabimus in §.tertio, huius secundæ assertionis.

37 Cæterum,quod attinet ad authoritatem D. Gregorij in c. sententia pastoris, & ad id, quod dicitur, quod iniusto superioris præcepto non est parendum; respondetur primo, quod hic sumus extra hanc aleam,cum ex supradictis constet,quod præceptum Pontificis sit iustum, & quod Veneti in condendis dictis legibus peccarunt, & censuræ fuerunt rectè, & ritè prolatæ; sed, vt ad veritatem argumenti accedamus; aduertendum est, quod supradicta propositio, de præcepto iniusto superioris, non est ita accipienda (vt Hispani dicunt) *por mayor*, idest generaliter: sed (vt ipsi Hispani dicunt) *por menor*, idest, specificè, & cum distinctione, vt aduertit Pater Franciscus Suarez de censuris disputat.4.sect.7. §. colorataria. qui tamen non plenè omnes casus distingnit: vnde ex sententia Innocen. in d.c. inquisitioni. nu.3. ex Hostiensi ibi,Ioan. Andrea, Butr. Abb.nu.5. Felyno nu. 3. & Cardinal. & Marian. Socin.nu.8. & ex Abb.q.1.nu.22.vers.3. Nauar. in manuali. c.23.nu.35.& c.25.nu.14. Maranta disposit.1.Zabarel. cons. 147.n.6. & cons.150.nu.10. ex D.Thoma 2.2.q.104. art.5. & q.105. & ex Henrico Henriquez in summa lib.13. c. 17. §. 3. Soto in 4. dist. 22. Patre Antonio Corduba in quæstionario lib.3.q.5. Felyno in c. si quando de rescriptis. Syluestro

verbo

verbo obedientia, nu. 2. & 7. Victoria in summa tract. de excommunicatione q. 7. Guttierrez lib. 1. Canonicarum quæstionum c. 4. nu. 34. Couarru. c. alma mater. 1. par. §. 9. n. 3. & Fratre Petro Ledesma in summa 2. par. tract. 15. de obedientia pag. 1389.

38 Vt materia hęc clarius explicetur, quatuor sunt distinguēdi casus. Primus, quando ex parte superioris præcipientis iniuste præcipitur, & ex parte subditi obedientis iniustè paretur, vt est quando superior præcipit aliquid fieri, quod est peccatum; nam in isto casu, potius est moriendum, quam obediēdum; quia datur concursus duorum præceptorum vnum, superioris, alterum Dei, quod cum sit maius præfertur præcepto minori superioris, vt in c. si quis Episcopus 91. cum vndecim sequentibus. 11. q. 3. vbi D. Augustinus serm. 6. de verbis Domini, & habetur in c. qui resistit 97. eadem causa, & q. explicando locum Pauli ad Romanos 13. *qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit*. quærit, *sed quid si illud iubeat quod non debeas facere? hic sane contemne potestatem (hoc est temporalem) timendo potestatem (hoc est diuinam)*. & ibi, *quis prohibet? maior potestas*: & in c. si is qui præest 101. d. causa & quæst. ex sententia Diui Pauli dicitur, *si quis prohibet a vobis quod a domino præceptum est, vel rursus imperat fieri, quod dominus prohibet, execrabilis sit omnibus, qui diligunt Deum*, vnde Gratianus ibi §. *Cum ergo* inquit, *Cum ergo subditi excommunicantur, ideo quia ad malum cogi non possunt, tunc sententiæ non est obediēdum: quia iuxta illud Gelasii, neque apud Deum, neque apud ecclesiam eius (scilicet triumphantem) quemquam grauat iniqua sententia*, vt habetur in c. cui est illata 46. eadem causa, & quæstione, vbi ponitur decisio Gelasij Papæ, & ex ea infertur, *ita ergo, ea se non absolui desideret, qua se nullatenus perspicit obligatum*, & in hoc primo casu non procedit sententia Diui Gregorij in d. c. sententia pastoris.

39 Ex quo infertur contra Prælatos Venetos obtemperantes præcepto Ducis, & Senatus omisso Pontificis decreto, & interdicto: nam nullo modo esset obtemperandum Ducis præcepto, celebrãdo publicè admissis excommunicatis, vt in specie:

cie docet Innoc.in d.c.inquisitioni. nu.2.vers.nec est contra. Nec propter timorem mortis, & amissionẽ bonorum debuissent obtemperare Ducis iniquissimo pręcepto, vt in c.sacris 5. de his quæ vi, metusvè causa fiunt. & Innocentium sequuntur ibi reliqui Iuris Canonici Interpretes, vt in solutione sexti argumenti inferius dicemus.

40 Secundus casus est, quando vere superior iuste præcipit, & inferior iustè obsequium præstat; ita quod neque in præcepto, nec in eius exequutione est aliquid, quod legem Dei offendat, hoc casu omnes fatentur subditum teneri ad obseruãtiam præcepti superioris, sub reatu mortalis culpæ, si materia grauis sit, vt ex supradictis locis constat, & ex Nauar.c.23. a nu.35.& probatur ex sententia D.Augustini, & D.Chrysostomi in c.nemo 31.cum duobus seqq.11.q.3.& hæc est propria materia obedientiæ, vt per D.Tho.2.2.q.104.& 105. Fr.Petrum Ledesma in summa 2.par. tract. 15. de virtute obedientiæ, 4.conclusione, & habetur in c.quisquis 3. ibi *quod præcipitur, imperatur, quod imperatur, necesse est fieri, si non fiat, pœnam habet*. 14.q.1. pœna autem transgressionis excommunicatio est, ex Caietano, verbo præcepti transgressores, vers. pœna præceptorum; immo non obediens iusto, & rationabili præcepto Papæ, potest puniri, vt hæreticus, vt per D.Thomam 2.2. q.2.art.3.Caietanus de potestate Papæ. q.14. Felyn.d.c. inquisitioni.nu.6. & hic proprie est noster casus, nam & Papa iuste præcipit, & Veneti iustè quoque possunt obtemperare.

41 Tertius casus est, quando superior iniustè præcipit, inferior tamen absque peccato potest parere, vt si alicui præcipiat sine causa, quod domum, aut libros suos, vel quid aliud alicui det, quod si non dederit sit excommunicatus: Numquid dare tenetur? In quo adhibenda est distinctio; an superior, qui præcipit, habeat alium superiotem, an non. In primo casu non tenetur parere, sed debet adire superiorem, vt in c. sacro, de sententia excommun. præmissa appellatione; nam si eam omittit, præceptum in rem transiuit iudicatam, & censura manebit ligatus, vt in c. reprehensibilis de appellationibus. Nã appellatio efficit, vt non incidat in sententiam

excom-

excommunicationis, c. per tuas, de senten. excomm. & c. præsentiam. de appellat. Nauarr. c. 27. n. 4. Henricus in summa, lib. 13. c. 16. n. 2. & in hoc casu procedit sententia Gregorij in d. c. sententia pastoris, vt per Innocen. d. c. inquisitioni, nu. 3. & ibi Abb. n. 5. & Cardin. vers. *quæro, quia dicitur hic, quod ad mandatum ecclesiæ quis non debet committere mortale. quid si præceptum est aliâs iniustum, tamen non affert mortale. puta, præcipit mihi Iudex, quòd dem sibi meos libros*, dicit Innocen. *quod non teneor parere, & potest agi ad reuocationem grauaminis, si excommunicauit non parentem; tamen non parens est excommunicatus*; & in vers. sequenti dicit cum Innocẽtio, quod *communicans cum dicto excommunicato incidit in minorem excommunicationem, quia debuit non communicare, etiam si excommunicatio sit iniusta*, & hoc putat esse verius, allegat tex. in c. pr. 11. q. 3. qui incipit. sententia pastoris, & ita Innocen. & Cardin. intelligunt authoritatem Gregorij in c. sententia pastoris de sententia iniusta ex defectu causæ, at modo non loquimur de nulla, de qua in §. 3. infra, sed de ea quæ est iniusta, & contra iustitiam commutatiuam, & quæ de rigore iuris est valida. Nam est timenda, & obseruanda. & sic intelligitur authoritas Vrbani Papæ in epistola. 5. Decretali, & habetur in c. quibus Episcopis, vbi iniustè excommunicatus debet euitari: & inquit Vrbanus, *Valdè enim est timenda sententia Episcopi*, 11. q. 3. & tradit gloss. in d. c. sententia, & habetur in c. in memoriam 3. dist. 19. vbi probatur tollerandum esse iugum, quod à sancta Sede imponitur, ibi, *licet vix ferẽdũ ab illa sancta Sede imponatur iugũ, tñ feramus, & pia deuotione toleremus*, & in c. si clericus 30. ibi *clericus qui Episcopi circa se districtionẽ iniustã putat, recurrat ad Synodũ*, & in c. si Episcop⁹, quis 4. ibi, *qui aut iuste aut iniustè eũ abiecit, patiẽter accipiat, vt negotiũ discutiatur: Vel vt ꝓbetur sẽtẽtia eius à plurimis, vel emẽdetur*, 11. q. 3. vbi in fine dicit, quod illi excõicato nullus cõmunicet, & tamẽ ibi est excõmunicatus sine causa, vt dicit glo. verbo, *& aspere*, vbi etiam verbo *interpellet*. dicit, quod ab excommunicatione iniusta debet quis absolui; & huius sententiæ, quod teneat iniusta excommunicatio, ex defectu causæ, & in ea procedat sententia Diui Gregorij, videtur esse

Gratianus in c. non solum 77.§.cum ergo. d, causa, & quæstione,vbi in versiculo,is autem,inquit,*is autem, qui sua manu pastoris est, legari timeat vel iniustè; nec pastores sua iudiciũ temerè reprehendat, ne & si iniuste legatus est, ex ipsa tumida reprehensionis superbia, culpa, quæ non erat, fiat*. Eandem sententiam,tenet Pater Franciscus Suarez de censuris disputatione 4.section.7. nu.41. vbi,n.43. dicit, procedere etiam si euidenter cõstet de iniustitia: nam licet omnia publica sint, & nota,non propterea ita sententiam, vel præceptum superioris despiciat,vt ipsum etiam superiorem, & potestatem eius contemnere videatur, & ista est communis opinio,teste Nauarro,c.27.nu.2. & 3.

42 Nam sententia iniusta valet mero iure, quantum ad forũ exterius,& eius virtute tanta fit executio, quanta ex iusta sententia,c.cum inter,de re iudicata,l.res iudicata.de Regulis iuris. quod etiam procedit in sententia iniusta, vt in d. c. sententia pastoris.Et probatur in c.per tuas,40.§.nos igitur, ibi, *ne sententiam ecclesiasticam contemnere videatur*. de senten.excommun. vbi excommunicatus iniustè non auditur in iudicio,nisi obtenta absolutione,& hæc est sentẽtia D.Thomæ in addition. q.21. art.4. Fr. Petri Ledesmæ in summa prima par.tract.de censuris ecclesiasticis, c.4. de excommunicatione.ver. Secunda conclusio.

43 Ex quo infertur ad id,quod dicit Gratianus,in c.si Episcopus,40.§.præmissis,11.q.3.& eo tacito Gerson.1.tomo,opusculo particulari de hac re,quod D.Gregorius non dicit seruandam esse sententiam,sed timendam, vt supra diximus in secundo argumento:nam est intelligendum quoad forum conscientiæ,non verò quoad forum exterius, vt docet Abb. in Rubr.nu.4.de sentent.excommu. & ibi Felynus post gloss. in c.quodcunq; ligaueris super terram, in verbo *facit ecclesia* in fine,24.q.1.& declarat Nauarr.in Manuali,c.27. nu.2. & ta Gratianum intelligit Fr.Petrus Ledesma,d.tractatu de excommunicatione,c.4.vers.tota difficultas,& vers.sequenti. In eodem foro conscientiæ intelliges,quod dicit D. Thomas,secunda secundæ, quæst.70.art.4. Et quod dicit Caie-

tanus

tanus, ibi, & in tractatu 10. de effectu excommunicationis, *quod iudicium iniustum non est iudicium, nec proprie excommunicatio*, vt per Nauarr.c.27.nu.3.vel potest intelligi de iudicio,& sententia iniusta, & nulla, vt per Franciscum Suarez, d.dist.4.sect.7. nu. 41. Rectè igitur inquit D.Thomas, in 4. dist.18.art.1.& 4.& Paludanus, ibi,quæst.1. *quod si quis contempserit sententiam pastoris iustam,aut iniustam peccabit mortaliter*. & est ista communis opinio,vt per Martinum Ledesmã,in 4.1. par.q. 23. art. 4. & huiusmodi sententia excommunicatus,non solum propter scandalum,sed absolute tenetur vitare omnem communionem, vt probatur in c.per tuas
44 40.§.verum in alijs,de senten.excommu. & ibi notat Innocen. *quia si semel daretur facultas cuilibet disserendi, an causa sit iusta,vel non,esset magna confusio;& schisma*; ideo ecclesia iustissimè præcipit,vt talis remedia quærat iuris; & interim sententiam timeat,& ei pareat, vt docte docet Victoria,in summa,tractatu de excommunicat.n.7.propositione 2.quod extendit Ioannes Guttierez Canonicarum quæstionũ,lib.1. *etiam si sententia sit iniusta,ex notabili defectu ordinis iuris*;sed tu intellige de ordine iuris non substantiali, vt dicemus in 3. §.

45 Ex his etiam intelliges, quod propugnatores legum Venetarum maxime decipiuntur, existimantes sententiam Pontificis esse iniustam,nec seruandam,pessime interpretãtes sententiam D.Gregorij:nam si sententia excommunicationis a Iudice inferiori lata, iniusta sine aliqua mixtura nullitatis est timenda,saltem in foro exteriori (nec tamen deficiunt Doctores maximæ authoritatis intelligentes idem esse in foro interiori, semoto scandalo vt per Ledesmam in d.c.4.)quanto magis erit obseruanda sententia Pontificis Maximi, vt statim dicemus? Hæc de Iudicis inferioris sententia iniusta.

46 De sententia autem iniusta Summi Pontificis,quæ sine peccato obseruari potest,distinguit Innocen.in d. c. inquisitioni,n.3.Primo,quod si sit in spiritualibus, vel in ecclesiasticis personis,est sibi obediendum; ex quo præceptum non

continet in se peccatum, licet, in se videatur durum; vt in c. in memoriam. 19. distinctione, & Innocentium sequuntur ibi Abb.n.5.& omnes Doctores interpretes Iuris Canonici, nemine dempto,& Felynus in c. 1. de constitutionibus, nu. 37. Alex. cons. 4. lib. 5. quia nemini licet de eius factis iudicare, c. si Papa 40. dist. c. cuncta per Mundum, 9. q. 3.

47 Ex quo infertur sententiam excommunicationis, de qua agimus, cum sit circa res ecclesiasticas, ecclesias, inquam, Clericos, libertatem ecclesiasticam, & iurisdictionem, esse obseruandam. Cũ in eius exequutione non sit aliquod peccatum: vnde Dux, Senatus, Prælati, & aliæ personæ ecclesiasticæ in dicto dominio consistentes, grauiter errant, & peccant, eam contemnendo, nan ex eius obseruantia, non perturbaretur vehementer status ecclesiæ, nec alia mala ventura essent; immo maior esset reuerentia, & honor erga ecclesiam, & Pontificem cessarentq; scandala, quæ ex inobedientia sequuta sunt, & timentur in futurum.

48 Si vero Papa mandat alicui sæculari sibi non subiecto ratione ecclesiæ, causæ, vel personæ, & mandat circa temporalia, non est ei obediendum: vt puta, si mandat Papa sine aliqua causa, vt det sibi bona sua, non enim tenetur sæcularis Papæ obedire, quia non est sibi subiectus, nec ratione personæ, nec ratione causæ in temporalibus, nec ex alia. quod si ob hoc excommunicatur, tenetur semper obseruare excommunicationem, quia cum ecclesia militans sit in potestate Papæ, & ad eius mandatum, debeant Sacramenta ministrari, nullus contra eius mandatum debet se eis immiscere, & tradit eleganter Innocen. d.c. Inquisitioni, nu. 4. & ibi sequuntur alij Doctores, & Cardinalis in vers. quæro si Papa, vbi pro hac sententia adducit Hostiensem, & addit Abb. d.c. inquisitioni, nu. 5. in fine, quod si Papa mandaret laicis aliquod spirituale, vel ecclesiasticum, tenerentur, ei obedire, & ibi Felynus.

49 Nec quod aduersarij dicunt, & inuoluunt de superioritate Concilij, eget disputatione, cum soli Petro dictum fuerit, *quodcunq; ligaueris*, & *Pasce oues meas*. Non vero Concilio,

&

& appellantes a Papa ad Concilium, sunt ipso iure excommunicati in Bulla in Cœna Domini.

50 Quartus est casus, quando non constat notorie de iniustitia, sed sumus in dubio, an sit præceptum iustum, vel non, obediendum esse Pontifici, tradit gloss. in c. pastoralis, §. quia vero. de officio delegati & in c. per tuas, §. non igitur, vbi gloss. verbo *intollerabilem*, de senten. excommun. & in c. sententia pastoris, 1. verbo sententia, & in c. si Episcopus. 4. verbo *interpellet*, 11. quæst. 3. Abb. in c. si quando, n. 8. de rescriptis. & ibi Ripa, nu. 1. Nauar. c. 25. n. 14. Maranta disputatione 1. Ancharan. consl. 383. Doctor Azeuedo, in l. 14. tit. 3. li. 1. recopilationis, nu. 34. 35. & 37. Decisio Pedamontana, 30. nu. 15. D. Thomas in additionibus, quæst. 21. art. 4. Fr. Petrus de Ledesma, d. c. 4. vers. secunda conclusio. Pater Suarez d. sect. 7. nu 42. Nam in dubio semper est obediendum superiori, cum in hoc non immineat peccatum. d. Couarru. in Regul. peccatum, 1. par. nu. 5. vers. Octauo, vbi elegantissime disputat, quando ob euitandum scandalum, non sit obediendum superiori.

51 Nec sufficit, quod iniustitia sit nota parti, sed quod constet ex processu, Suarez, d. disputatione 4. sect. 7. nu. 43. Ledesma, d. conclvsione 4. vers. *digo lo segundo*, & vers. *digo lo tercero*.

Cæterum in nostro casu, etiam si fateamur, sine præiudicio veritatis, quod essent iniustæ, nullo modo posset apparere de earum iniustitia, cum pro earum iustificatione contra Venetos adsit communis opinio, quod sufficit ad hoc, quod non dicatur apparere de aliqua iniustitia. Ex quibus manet resoluta prima difficultas, quod etiam si essent censuræ iniustæ, nihilominus tenerentur illas obseruare Dux, & Senatus, Prælati, & aliæ personæ ecclesiasticæ, in dicto dominio Veneto commorantes.

52 Nec etiam obstat Tertia difficultas, in qua dicitur, quod habent pro se opinionem probabilem. Nam respondetur, quod non habent pro se opinionem probabilem, quia opinio, quæ illis fauet Baldi, & Signoroli, non est vera, & est

magis communiter improbata, & contra eam sunt plura iura Canonica, de quibus supra in prima assertione. Et contra eam est decisio Honorij Tertij, in c. grauem 53. de sent. excommun. vbi statuentes contra iurisdictionem ecclesiasticam sunt ipso iure excommunicati, & similiter illi, qui statuerunt, vt clerici suis sumptibus Castrum Ripæ fractæ faciāt custodiri, & quod potestas secularis possit eos cogere, & præcipitur illis, quod statuta deleāt de capitularibus suis, & qđ caueant, quod similia de cætero non attentent: priuantur etiam fœudis ecclesiasticis: quæ decisio est etiam notanda ad hoc, quod statutum dicatur contra libertatem ecclesiasticam, etiam si non disponat generaliter, sed in certo casu.

53 Et cum habeant contra se communem sententiam, nullo modo possunt excusari, vt per Antonium Mariam, lib. 3. de communi opinione, tit. 11. & 13. n. 4. 12, & 13. Silua nuptialis, lib. 5. nu. 3. vbi dicit, *quod iudicans contra communem est nimis ignarus*, & dicit Bald. in l. fin. C. de pœna Iudicis, qui male iudicauit, nu. 10. *quod ille qui tenet nouas, & insolitas opiniones, præsumitur imperitus*, & *ideo in iudicando*, inquit Baldus, *nunquam recedas à carrocio prudentium, maxime glossarum*, vt in l. 1. de Senatoribus.

Nec, vt Saturninus, sequaris id quod neq; vsquam relatum est, neq; vnquam receptum. Nec sufficit quod aliqui teneant contrarium. nisi habeant pro se iura expresse contra communem opinionem quibus bene non possit responderi.

54 Et licet quoad effectum non peccandi in foro conscientiæ, sufficiat eligere opinionem alicuius viri scientia, & cōscientia præditi, non tamen sufficit in foro exteriori, teste Nauarro, c. 27. nu. 288. & 289. Tum etiam quod oppinio il-
55 la probabilis, *sequi potest*, quando est probabilis practice, id est, in ordinatione ad opus, & non quando est probabilis in sola speculatione, & maxime quando contraria opinio, nititur probabilioribus rationibus, vt docet Suarez de censuris, disputat. 4. sect. 6 nu. 6.

Tum etiam vt inquit Caietanus in verbo, opinione vti. *in operandis; tutiorem partem eligas, non cuiusq; opinionem*.

At

At dubitari non potest, quod sit tutior, & securior commun is opinio, quam opinio Signoroli, & Baldi, nam hæc est contr a ecclesiam, illa vero pro ecclesia, & in eius fauorem, vt in c. fin. de re iudicata, & in l. sunt personæ de relig. & sumpt. funer. & dicit Felynus in c. 1. de constitutionibus, n. 104. quod opinio, quæ fauet potestati clauium, præualet non fauentibus, & pro hac opinione allegat Hostiensem in c. rursus. qui clerici, vel vouen. & ibi Ioannem Andream prope finem. Tum etiam non prodest illis dicta opinio Baldi, & Signoroli, ex quo iam habent contra eam declarationem Pontificiam, adnotata in c. cappellanus de ferijs, & dicemus infra ad solutionem. 6. argumenti.

56 Non obstat quarta difficultas, seu argumentum, in quo dicitur non esse standum dicto Pontificis declarantis aliquid esse iustum, aut iniustum. O inepta propositio, & infelix astutia? Tantum ne deseris lucem pietatis, consilij, ingenuæq; Theologiæ, & iuris prudentiæ? vt in profunda versutia demergaris? sed vere defecisti scrutando scrutationes in malitia. An cum a Domino, Petro fuit dictum, *tibi dabo claues*, &c. nonne ea potestas, & dubiorum interpretationem complexa est? Ita sane omnes Catholici Theologi agnoscunt, & iuris periti, qui de Summi Pontificis potestate, & authoritate doctissimos Tractatus aduersus Caluinum, Lutherũ, & alios hæreticos scripserunt, & probatur in c. per venerabilem §. rationibus, qui filij sint legitimi, & in c. a nobis, & in c. tua. de decimis, & in c. Cappellanus. de ferijs; agnouit etiam, & peritissimus iuris Canonici interpres Antonius Butrius, in c. Nouerit, de senten. excomm. ver. quæro quando.

Quid plura? Nonne decisum extat a Clemente Tertio, in d. c. Cappellanus. de ferijs. posse Summum Pontificem in dubijs opinionibus declarare, quæ sit verior, & sequenda opinio. Tum etiam si Princeps sæcularis legem aliquam proferat erga Remp. quæ absq; peccato seruari non possit, poterit Summus Pontifex præcipere. ne ea lex in Rep. seruetur.

57 Sæcularis Princeps præscriptionem cum mala fide permittebat in l. sicut. l. Omnes. l. cum notissimi C. de præscr. 30.

vel

vel 40.annorum. At Summus Pontifex Innocentius eam sustulit, quia sine peccato seruari non poterat, vt in c. fin. de præscript. quæ decisio, & in foro sæculari seruanda est, vt ibi omnes agnoscunt, præcipue Couarru. in Regula possessor. 2. par. §. 11. n. 3. vbi dicit esse communem, nu. 4.

58 Idq; generale est in quacunq. lege ciuili, quæ absq. peccato seruari non potest, vt ex d. c. fin. ibidem notarunt Imola, & alij 3. notabili, & ante eos gloss. ordinaria, in regula possessor. de regulis iuris, in 6. Abb. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, & in alijs locis relatis a Decio, ibi n. 95. & in c. 1 secunda lectura. eodem tit. Idem Abbas, in c. ad nostram, 12. vltimo notabili per tex. ibi de probationibus. Et etiam si peccatum

59 sit veniale, vt post Immolam docet Dec. d. c. ecclesiam. nu. 98. & quamuis Fr. Franciscus Victoria in pr. relectione de potestate Ecclesiæ sect. 6. nu. 3. respondeat Summi Pontificis partes esse, vt cum aliquid viderit in ciuili Rep. emendandū prius debet monere Principem, & iubere, vt illud reuocet, quod si nolit Princeps facere, tunc potest ipse Summus Pontifex, & debet reuocare: hæc viri doctissimi sententia videtur esse contra supradicta iura, & resolutiones doctorum, in quibus de hac monitione nihil dicitur. Et quamuis æquum esset hanc monitionem præmittere, non tamen existimo esse necessariam.

60 At leges, quæ a sæculari potestate fiunt, quibus iurisdictio, & libertas ecclesiastica infringitur, poterunt ne sine peccato custodiri, cum contra statuentes, consulentes, & obseruantes, ecclesiasticæ censuræ statutæ sint?

Et in specie, quando læditur libertas ecclesiastica, quod summus Pontifex debeat cohercere, ac præbere se accerrimum vindicem prædictæ libertatis, probatur in c. fin. de rebus ecclesiæ, & in hoc casu habet potestatem in temporalibus ad vindicandam eam libertatem: nec per hoc potest dici quod vsurpat temporalia, vt in c. cum sit generale. & in c. conquestus, de foro competenti, & obseruat Cardinal. Zabarella, in c. grauem. de sentent. excommun. ver. *quaro primo*.

61 Maxime enim Summus Pontifex aduertere debet, ne administratio temporalis noceat Reip.Chriſtianæ,vt tradit Victoria in d.ſect.6.n.10.propoſ.6.& propoſ.8.n.12.vbi dicit, *poſſe Summum Pontificem cogere ſæcularem poteſtatem, etiam gladio materiali, ad reuocandum huiuſmodi peſsimam adminiſtrationem,etiam ſi pereant bona temporalia.*

62 Et quod poſſit Summus Pontifex reuocare ſtatuta, & leges,quæ a laicis fiunt contra libertatem,& iuriſdictionem eccleſiaſticam,iura habemus expreſſa in præcitatis decretalibus,quæ in eccleſiarum. & eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitution.& in c.fin.de rebus eccleſiæ.& in c. quanto, 26. de priuilegijs,& in c.nouerit,49.& in c.grauem,53.de ſentent. excomm.& in c.fin.eod. tit.in 6.

63 Qualiter autem in hoc ſe habere debeat Iudex eccleſiaſticus, tradunt Ioannes Andreas, Geminianus, Anchar. & Franchus,in d.c. fin.Butrius,& Imola in c.1.de conſuetudin. tex. in Auth. caſſa, & irrita. & ibi notant Bart. & Bal.idem Bal.in l.iubemus, 1.C. eodem,& in Authentica ſtatuimus in fine. Canoniſtæ in d. c. quæ in eccleſiarum, in quibus locis duo caſus explicantur.

Primus, quando lex eſſet generalis,in qua non fit mentio eccleſiarum,nec clericorum,& tunc Iudex eccleſiaſticus poteſt cogere legislatores, vt declarent, quod lex illa non comprehendit clericos.

Secundus caſus eſt,quando eſt notorium,quod lex eſt cōtra libertatem eccleſiaſticam: nam tunc eccleſiaſticus poteſt illam tollere,& declarare eſſe nullam, vel præcipere legislatori,vt eam tollat, & deleat de libro ſtatutorum; ita quod nulla eius veſtigia remaneant,vt in d.c.nouerit.& d.c. grauem.Tradit etiam Cardin. Toletus,lib.1.de inſtructione Sacerdotum,c.37.ſic etiam Gregorius Magnus legem Mauritij Imperatoris de militibus non monachandis abrogauit, vt diximus in prima propoſitione.Pragmaticā quoque ſanctionē Gallicanā,quam commētarijs illuſtrauit Coſmas, & quam defendere conatus eſt Gerſon. 1. tomo, tractatu de ſententia paſtoris: improbauit, nullamq; declarauit

Leo Decimus, in Concilio Lateranensi: & hæc annullatio, quæ debet fieri per statutarios, debet esse ita specifica, vt nõ satis sit, si in fine statutorum, sit clausula, quod statuta in eo libro contenta, quæ sunt contra libertatem ecclesiasticam, non valeant, vt docet Bar. receptus in d. Auth. cassa per tex. ibi; *& ea de capitularibus penitus aboleri necesse quoq; est, vt omnia, quæ in executione dictarum legum facta sunt, etiam reuocentur, & in priorem statum redigantur*; vt docet Cardinalis in c. quæ in ecclesiarum. a quo dissentit Imola. *Sat enim est*, inquit, *declarare legem esse nullam, & eã delere, nam in consequentiam videntur declarasse omnia, quæ inde sequuta sũt esse irrita*. Tenerentur quoq; statutarij cauere, quod deinceps similia statuta non faciant, vt d.c. seriem.

65 Et quando Iudex ecclesiasticus præcipit huiusmodi statuta deleri, non esse necessariam citationem ad hanc declarationem faciendam, tradit Archidiaconus, in c. quæ Lotharius. ad fin. 2. quæst. 1. Geminianus, d.c. fin. de senten. excom. in 6. Bal. in leg. presbyteri la. 1. de Episcopis, & Clericis: & iste casus est notabilis, in quo omittitur citatio, quia constat nullam defensionem competere posse legislatoribus, vt docet Felynus, d.c. ecclesia Sanctæ Mariæ. n. 145. Nam & quãdo Papa procedit contra occupantes, & detinentes terras ecclesiæ Romanæ, potest de facto procedere sine citatione. gloss. in l. antepenultima ff. ex quibus causis maiores, quam sequuntur plures relati à Gabriele, lib. 2. conclusionum tit. de citationibus, conclus. 1. nu. 31.

66 Et Summus Pontifex hanc defensionem ecclesiasticæ libertatis sine Gehennæ periculo prætermittere non potest, nam Prælatus tenetur tueri, & defendere iura, & iurisdictionem suæ dignitatis, vt docet D. Thomas, 2. 2. quæst. 43. ar. vltimo. Couarru. regula peccatum in principio, n. 6. & prosequi iniuriam illatam suæ dignitati, & ecclesiæ; vt per DD. in c. 1. de maledicis. ad tradita per Caietanum, 2. 2. q. 67. art. 1. & ibi Aragon. vers. secundo aduertendum.

Ex supradictis habes veram, & catholicam thesim, quod Summus Pontifex habet facultatem declarandi, an aliquis

actus.

actus, vel factum sit peccatum, & inter diuersas opiniones, quæ nam sit vera in his, quæ pertinent ad ecclesiam, & quod potest reuocare, & annullare statuta, quæ sunt contra libertatem ecclesiasticam, & cogere statutarios, vt ea deleant.

67 Et Sanctissimus D.N. hæc omnia ad literam obseruauit, in eius monitorio, iuxta ordinem præstitum, in d. c. grauem.

Ex his videbis in quantis defecerint, qui dictas leges Venetas conantur defendere circa authoritatem, & potestatem Pontificiam, dum in suis assertionibus, quam plura falsa contra eam adducunt, quæ neq; veritate pollent, neq; ad defensionem dictarum legum conducunt, & forsan in posterum nostram censuram patientur.

68 Nec obstat authoritas gloss. in c. ad aures. verb. obedientiam. de tempor. ordinat. nam loquitur gloss. quando constat aliquid esse peccatum, & superior præcipit, vt id fiat; nam subditus non tenetur obtemperare, licet iustum videatur Prælato: si vero sit dubium propter bonum obedientiæ, excusatur subditus a peccato, licet in veritate sit malum, vt in c. quid culpatur, 4. in fine. vbi gloss. verb. iniquitas, 23. q. 1. nam vt superius dictum est, quando superior præcipit peccatum, non est ei obediendum; in quo casu loquitur Siluester verbo obediens. 5. & ita procedit tex. in c. inquisitioni. de sentent. excommun.

69 Nec obstat authoritas Victoriæ, d. sect. 6. nu. 14. nam loquitur de lege ciuili, quæ non est contraria saluti animarum, nec Religioni; nam tunc, quamuis ea lex non expediat Reip. non potest cogere Principem ad eam reuocandam: quia hoc ad eum non spectat, sed ad Principem. Si tamen lex esset cōtraria saluti animarum, & Religioni, vel esset facta in fraudem ecclesiæ, potest Papa cogere Principem, vt eam reuocet, vt per eundem Victoriam, n. 13. & 14. Et sic potius conuenit nobiscum, quam dissentiat.

70 Nec obstat, quod Papa esset Iudex in propria causa, nam hæc non est causa, quæ personam respicit, sed dignitatem Pontificiam, & iura ecclesiæ vniuersalis, de qua ipse legitime cognoscere potest, vt docet Bal. in l. vnica, C. ne quis in

causa propria iudicet, nu. 2. gloss. in c. si quis erga Episcopum 16. verbo. priuetur, 2. q. 7. & in c. cum venissent. de iudicijs. Bar. in d. l. vnica, Innocen. in c. ex parte, de verbor. significatione. Iason in l. qui iurisdictioni praeest, nu. 10. de iurisdictione omnium iudicum: tum etiam quia & si esset propria causa, cum sit supremus Princeps poterit de illa cognoscere. Tex. in l. & hoc Tiberius ff. de haeredibus instituen. & in l. proxime. de his, quae in testamento delentur, & docet Bal. in l. vnica, C. ne quis in causa propria, nu. 2.

71 Non obstat quinta difficultas, videlicet, quod propter iustum timorem vitae, & bonorum excusatur quis ab obseruatione interdicti ecclesiastici, sicut excusatur ab obseruatione legis, & praecepti humani.

Nam respondetur, quod quantum ad censuras non licet communicare cum excommunicato, nec in diuinis, nec in actibus humanis, etiam si adsit metus mortis, vt habetur in c. coepit Hermenegildus, 42. 24. causa, q. 1. & in c. sacris. 5. §. in primo. de iis, quae vi. qui loquitur sine distinctione, ibi, *nullo metu*. vt ibi resoluit Abb. nu. 4. cum tribus sequentibus, & D. Thomas, Durandus, & Summa Confessorum, quos refert Couarr. in c. Alma mater, §. 3. nu. 9. vers. tertio solet, & Alex. de Ales, Gabriel Riccardus, Caietanus, & Petrus Soto, quos refert Pater Suarez, de censuris. disputatione 6. sect. 3. nu. 1. pag. 128.

Nec obstat, quod aliqui sunt in contraria opinione, vt per Couarru. d. loco, & Suarez, nu. 15. Nam ipsi fatentur, quod eorum opinio non procedit, quando communicatio cum excommunicato fieret in contemptum ecclesiasticae censurae, prout in his, de quibus agimus, contingit; obijciẽdo illis nullitatis, & iniustitiae vitia; quod etiam cedit in contemptum Pontificiae dignitatis, vt per DD. dictis locis, & est communis opinio, teste Fr. Petro Ledesma in summa. 1. par. tractat. de censuris. c. 6. de excommunicatione vers. *La tercera duda es*, & vers. *la sexta, y quinta*, pag. 749. & quia in contemptum ecclesiastici interdicti, & potestatis ecclesiasticae, Dux, & Senatus cogunt clericos, ad non seruandum ecclesiasticũ

inter-

interdictum, vt per DD. in dictis locis, quo casu potius sustinenda est mors quam contrauenire interdicto, neq; obstat auctoritas Caietan. in summa verbo. interdictum, vbi dicit, quòd violare interdictum non est peccatum mortale: nam ipsemet Caietanus excipit duos casus, Primum nisi fiat in contemptum vt dictum est, Secundum nisi adsit præceptum superioris de obseruando interdicto, prout adest in nostro casu sub grauissimis poenis: & rursus addimus nobis duram videri opinionem Caietani, nam ex grauitate poenarũ, quæ cõtra violatores interdicti imponuntur, vt per Caietan. dicto loco, constat transgressores grauissime peccare, aliàs tam grauis censura irregularitatis, & suspensionis, & ingressus ecclesiæ iniuste illis imponeretur, contra æqualitatem iustitiæ, quæ est pœnarum ad culpam, vt in l. Sancimus, C. de pœn. nam ingressus ecclesiæ imponitur Prælatis loco excommunicationis, vt in c. 4. de sentent. excommun. lib. 6. At si violatoribus interdicti imponeretur excommunicatio, non dubium est, quin grauissime peccarẽt, neq; obstat quod irregularitas incurritur sine peccato, immo cum merito, vt in Iudice: nam tunc non imponitur, vt pœna, sed ratione leuitatis, vt tradit Nauarr. in summ. c. 27. nu. 206. cum seqq. At quando imponitur, vt pœna non imponitur nisi pro delicto, vt per Nauarr. ibidem, nu. 244.

72 Nec his obstat, quod leges humanæ non obligent cum tam magno dispendio vitæ, & bonorum. Nam respondetur, quod in prohibitionibus legis humanæ, si circumstantia, & causa tollat actus malitiam, propter quam is prohibitus fuerit, tunc cessat ipsa prohibitio legis; si vero circumstantia non tollat, nec auferat malitiam actus prohibiti, prohibitio adhuc manet: & ideo non obstante illo euentu, & circũstantia, peccatũ cõtra prohibitionẽ committitur. Cæterũ metus mortis non tollit malitiã actus in prohibitione cõmunicationis cum excommunicato, nam communicans consentit in illam communicationem prohibitam, & in peccatum; qui quidem consensus adesse nequit absq; malitia nam coacta voluntas, voluntas est, vt in l. si mulier, 21. §. si metu

metu, ff. quod metus causa, ibi, *coactus volui*, & esse voluntarium simpliciter secundum Theologos, vt si quis metu grauissimo compulsus fornicationem, aut adulterium committat: nam metus non tollit malitiam fornicationis: sic etiam, qui metu iusto communicat cum excommunicato, consentit actui prohibito, qui adhuc malitiam habet, vt eleganter docet Couarruu. c. Alma mater, §. 3. n. 9.

Quæ ratio magis conuincit quando communicatio cædit in contemptum Religionis, & censurarum, nam ibi manet malitia actus, & contemptori cooperatur communicans, vt post Adrianum tradit Suarez dicta sect. 6. nu. 5. 6. & 11. Couarruu. dict. §. 3. num. 9. vers. tandem, vbi dicit, *quod tunc communicatio intrinsece includit malitiam, & quod non licet dare eucharistiam excommunicato denunciato, petenti cum comminatione mortis*: quæ sententia maxime congruit
73 huic rei, de qua agimus. Nam Prælati, & personæ ecclesiasticæ non debent communicare cum interdictis, & excommunicatis, neq; illis Sacramenta ministrare; quamuis metus mortis vrgeret. Ad reliqua vero exempla, quæ in hac difficultate adducunt aduersarij, facilis desumitur responsio ex traditis a Suarez, nu. 11, & 12. & a Caietan. 1. 2. q. 6. art. 3. vers. Sextus, vbi dicit quod quando mala sunt ardua, etiã si metus cadens in *constantem virum intercedat, tunc faciens illa mala peccat mortaliter.*

74 Quod vero attinet ad aliam rationem, qua se a censuris, & interdicto non seruandis excusari intendunt, ratione (inquam) scandali; Respondetur, quod scandalum non est datum actiuum ex parte Pontificis, cum rite, & recte processerit: sed est potius scandalum acceptum passiuum, cum proueniat ex bono Pontificis opere, quod mali speciem non habet, sed ex malitia, & inobedientia Ducis, & Senatus, qui sunt causa scandali, non obediendo Pontificis mandatis, ad tradita per Felynum in c. nihil. de præscription. D. Thomas, 2. 2. quæst. 43. art. 1. & 2. propter quod non est relinquenda veritas, vt hoc scandalum euitemus, vt in c. qui scandalizauerit. de reg. iuris, vt tradit D. Gregor. Homil. 7. in Ezechielem,

lem,ibi, *si autem de veritate scandalum sumitur, vtilius permittitur nasci scandalum,quam vt veritas relinquatur*. Nec de eo est curandum,cum videamus ex eo multa mala nasci,vt Matth. 18. *Veh homini illi, per quem scandalum venit*, & tradit D.Augustinus,lib.3.contra Parmenionem,c.2.& D. Thom. d.q.43. art.7.

Neq; in diuinis, nec quoad vsum Sacramentorum huius scandali est habenda ratio:Couarr.d.c. Alma mater. 1. par. §.2.nu.11.vers.quamobrem. Siluester verbo.excommunicatio 3. nu. 5. Soto in 4.dist.12.q.1.art.4.& in fine: Nam censura magis separat excommunicatum a communione, & vsu Sacramentorum, quam alios a communicando cum illo, gloss. in c. quoniam. 11.q.3.tex.in c.illud,de clerico excommunicato ministrante.Et idem quod Siluester, tenet Adrianus, q. 3. de clauibus,vbi dicit,nunquam licere dare Sacramentum excommunicato,etiam occulto,& multo minus denunciato,propter vitandum scandalum, quia esset cooperatio ad rem intrinsece malam: & consentit Iacobus de Graffis lib.1.decision.Casuum conscientiæ,c.12. nu. 12. & Can. in Relectione de pœnitentia,2.par.Victoria de excommunicatione,n.10.ver.iam vero.Frater Petrus Ledesma,in summa 1.par.tractatu de censuris, c.6. de excommunicatione vers. *però otros muchos*: & cum scandalum hoc (si aliquod est) ortum habeat ab ipsis Duce,& Senatu,illis nil prodesse debet; nam ex delicto proprio nullam debent reportare commoditatem.

Nec dicatur, quod prohibitio communicationis cum excommunicato pendet ex præcepto positiuo ecclesiæ, quod propter vitandum scandalum ommitti potest.

Nam respondetur, quod scandalum non tollit malitiam actus communicandi cum excommunicato, quinimo eam auget,cum procedat ex ipsorum inobedientia: & in fortioribus terminis, etiam si non essent modo contumaces, sed pœnitentiam egissent coram Deo,adhuc egent absolutione; & cum sint excommunicati, non participant de communione exteriorum Sacramentorum,vt in c.a nobis, el 2.28. in

ordi-

ordine de senten.excommu.& post Adrianum,& Sotum,docet Pater Fr.Petrus Ledesma in summa. prima par. tractatu de censuris,c.6.de excommunicatione vers. *la segunda difficultad*. Quamuis alias extra diuina in alijs ratione scandali plura permittantur,vt per Couarru.in Regula peccatum in principio,n.4.& 5.

75 Denique circa scandalum dicimus, quod ciuitas Veneta, licet esset interdicta, non erat tamen ligata censura excommunicationis,sed tantum Dux, & Senatores conditores dictarum legum,nolentes eas reuocare : Cæterum populus ex multis priuilegijs Apostolicis concessis Monasteriis, & confraternitatibus potuissent virtute dictorum priuilegiorum missas audire clausis ianuis:nec ex eo quod Dux, & Senatores essent excommunicati aliquod scandalum subesset in populo:nam in aliquibus Regnis scimus impositas fuisse censuras contra Regem, & Reginam, qui contraxerant in gradu prohibito,nec se volebant separare,ob quam causam fuerunt etiam consiliarij excommunicati,& populus interdictus, & tamen interdictum,& censuræ fuerunt obseruatæ, vt constat ex epistolis Innocentij Tertij.

76 Non obstat sexta difficultas ex doctrina Innocentij in c. nouerit.49.n.3.de senten.excomm.

Pro solutione huius difficultatis,aduertendum est, ignorantiam esse duplicem, facti, & iuris,vnam inuincibilem, aliam vincibilem : inuincibilis est, quæ non est culpabilis: vincibilis vero quæ culpa non caret. Hæc distinctio est DD. in c.1.De constitutionibus,& c.2. eod. tit. lib.6. & in c.turbat.§.notandum.1.q.4.& in regula ignorantia.de reg. iuris, lib.6.D.Thomas,2.2.q.6.art.8. & q. 76. Alphonsus de Castro,lib.2.de potestate legis pœnalis,c.14.Fr.Antonius Corduba in tractatu de ignorantia. Couarru. in c.Alma mater, 1.par. §.10.nu.16.Suarez de censuris disputat.4.sect.8.n.3. Soto in 4.d.22.q.1.art.2. vers.Quartus demum casus.

77 Hoc præmisso,dubium est, quæ ignorantia excuset a censuris:& communis conclusio est, quod ignorantia inuincibilis excusat a culpa,& censuris,& probatur in d. c. 2. de constitu-

stitutionibus.lib.6.c.si vero el 2.de senten. excom. c. excellentissimus.11.q.3.& probatur ratione,nam peccatum debet esse voluntarium, vt docet D. Thom.2. 2. q.76. D.Augustinus lib.1.retracta.c.15.& habetur in decreto c.1.caus.15.q.1

Id autem, quod ab ignorantia inuincibili procedit dicitur esse inuoluntarium, quia nil magis contrarium consensui, quam error; nam ad ignotum non fertur voluntas. l. labeo. ff.de suppellectile legata.nec quis dicitur velle, quod in mẽte non cogitauit, Bal.l. de quibus.col. 4. ff.de legibus. & sic ignorãs inuincibiliter non peccat,& consequenter non est cẽsuris pro illo actu positis innodatus, quia censura ponitur ratione peccati, & vbi deficit peccatum,necesse est, vt pœna deficiat, l. sancimus. C. de pœnis. & quia censura non tenet nisi contumacem.c.nemo.11.q.3.ignorans autem contumax non est.l.qui ignorans.ff.locati. c. si vero el 2.c.fin.de senten. excom. *& quod culpa caret* (vt dicit Regula iuris) *in damnum vocari non debet*. de Regulis iuris. Hanc conclusionem probant omnes Theologi, & Iuristæ, vt per Couarru.d.§. 10.nu. 7.vers.in summa.& n.13.vers.Quinto colligitur.& n.16.vers. decimotertio. Castrus, d.c.14.& Suarez.d.sect.8.nu.6.& Soto vbi s.

78 At ignorantia vincibilis non excusat a culpa, nec a censuris.d. c. si vero.gloss. recepta in d.c. ignorantia: secundum Couarru.d.§.10.nu.12.versic.2.& nu. 16.versic.14.& nu.17. & de hac ignorantia intelligitur lex 1. de legibus. ibi, *delictorum, quæ ignoranter contrahuntur*. vt explicat Couarru. d. nu. 17.versic.15.

Et supradicta conclusio, an procedat quando ignorantia inuincibilis potest contingere circa censuras positas per statuta inferiorum, vt in d.c.2. de sententia excom. lib. 6. sunt variæ opiniones, vt per Couarru. d. §. nu. 7. ad finem, & nu. 8.9.& 10.de quo non agimus modo.

79 Verum si contingat circa prohibitum de iure diuino, cui pœna excommunicationis est imposita a Canone generali Pontificis, an supradicta conclusio locum habeat: aduertendum est, quod in isto casu potest dupliciter ignorantia con-

tingere. Primo quando inuincibiliter ignorat illud esse prohibitum, & reprobatum a iure diuino: & isto casu ignorantia excusat a culpa, & a pœna. Couarru. §. 10. nu. 12. versic. 2. principaliter. Crassa vero & supina, & vincibilis ignorantia non excusat, vt ibi Pater Ledesm. d. c. 3. versic. digo lo segundo. Suarez disput. 4. sect. 8. nu. 6. & nu. 20. & 21. Victoria in summa, tractatu de excommunicatione. nu. 8. Si tamen ignorantia non contingit circa actum, quia si esset prohibitum, tamen ignorat censuram esse impositam in hoc casu Couarru. d. §. 10. nu. 12. versic. 2. principaliter, tenet, quod non est differentia, an supina sit ignorantia, an vero inuincibilis, cum scit se gerere actum reprobatum, licet ignoret pœnam, & in hac specie dicit Couarru. quod ignorantia nõ excusat a censuris. nu. 11. versic. hinc denique. Et facit opinio gloss. in c. a nobis 21. & ibi Abbas nu. 9. dicit esse veriorem opinionem glos. de sentent. excom.

80 Tamen contrariã opinionem, quod excusatur a censuris, tenet Ioannes And. ibi, & in c. 2. de constitutio. lib. 6. quæ æquior est secundum Abbatem d. c. a nobis, & est communis secundum Couarru. d. nu. 11. versic. hinc denique, & hanc sequuntur Syluester, Anton. & Caietanus, quos refert, & sequitur Ledesma 1. par. summæ, tractatu de censuris c. 3, de excommunicatione. versic. dico tertio, Suarez d. disput. 4. sect. 8. nu. 10. & 21. ex quo fit, vt si actus non sit prohibitus a iure diuino, sed positiuo tantum ignorantia inuincibilis, si sit cir-
81 ca prohibitionem actus, & pœnæ, ab vtroque excusat, & ista est communis opinio in d. c. 2. de constitutionibus. lib. 6. & tradit Couarru. d. nu. 12. versic. 2. principaliter; nam si excusat a culpa, multo magis a pœna, vt dicit Ledesma d. c. 3. versic. digo lo segundo. pag. 732.

Si tamen scit factum esse prohibitum ab ecclesia, sed ignorat inuincibiliter censuram esse impositam, in hoc casu glos. d. c. a nobis, tenet, quod non excusatur a censura, & hoc tenet Couarru. & ibi ab eo relati d. §. 10. nu. 11. & 12. & Victoria de excommunicatione. nu. 8.

Sed contrarium tenent Syluester, Antoninus, Rosella, Nauar-

Nauarrus, & Sotus, vt docet Ledesma d.c.3. versic. secunda sententia.pag.733.quamuis non excusetur ab alia pœna præter censuram; nam cum censura non imponatur nisi ob contumaciam, & hæc cesset in ignorante censuram, non erit illa ligatus, non tamen excusatur a culpa ex peccato, quia non ignorat prohibitionem. hanc opinionem tenent Ioannes And.& Canonistæ, quæ & æquior est, teste Abbate d.c.si vero 21.nu.9.& communis per Couarru.d.§. 10. nu.11. versic. hinc denique Nauarrus c.27.nu.16.& in c.1.§.laboret nu.19 de pœnitentia distinct. 6. & esse communem, testatur Suarez d.disput.4.sect.9.nu.2. & nu.19. vbi probat hanc sententiam & respondet a nu.14.argumentis contrariorum.

82 Ea autem dicitur vincibilis ignorantia, quando quis ignorat id, quod spectat ad eius officium: nam ignorantia eius, quod quis scire debet, est culpabilis, & voluntaria in directum. Tex.in c.si culpa de iniurijs, ibi, *nec ignorantia te excusat, si scire debuisti* §. præterea Institut. ad legem Aquiliam. Angelus verbo excommunicatio 7.casu vltimo. nu.3. Suarez d.disput.4.sect.8.nu. 14. vbi nu. 16.dicit *quod certa, & moralis regula est sumenda ex diligentia adhibita, vel omissa ad cognoscendum præceptum, & ius ad vnumquemque pertinens*, vt in d. c. si culpa ibi, *& quam debueras non curasti diligentiam adhibere.* vnde imperitia artis, vel modi efficiendi actionem, quam quis exercendam suscipit, est culpabilis, & idem de imperitia, seu ignorantia alicuius iuris, si actio, vel ministerium, per illud ius regulanda sunt, vt patet in aduocato, & iudice, in quibus ignorantia iuris est culpabilis.

83 Quæ a nobis de ignorantia inuincibili, & vincibili disputata sunt, videntur maxime necessaria, vt inspiciamus, an domini Veneti aliquo colore immunes sint a censura a iure lata versus statuentes contra libertatem ecclesiasticam, & vsurpantes iurisdictionem ecclesiæ, & auctoritatem summi Pontificis minuentes, & an dictis DD. Venetis essent assignandi duo menses de quibus d.c.nouerit. versic.nec non. & quamuis Nauarrus in Manuali c. 27. nu. 119. in explicatione decretalis Honorij Tertij, de qua in c. nouerit 49. de sentent.

excom. ad hanc quæstionem adducat Innoc. d. c. nouerit.nu. 3.tamen si Innocentius recte inspiciatur non dicit qualis debeat esse ignorantia, quæ possit excusare. tum etiam, quod Innocen.non loquitur de statutarijs, sed de successoribus statuentium, & de alijs, qui non fuerunt in voto, & consilio, vt statuta æderentur, nec iusta illa iudicarunt: vnde nobis necessarium esse videtur explicare aliqua circa dictam decre-
84 talem Honorij,& aliam eiusdem in c. grauem 53. eod. tit.de duobus mensibus, qui in d.c. nouerit assignantur ad delendá statuta, quæ libertatem ecclesiasticam lædunt; nam & si hæc videantur esse de materia §.tertij, de quo inferius agemus, tamen hic necessario sunt tractanda propter authoritatem Innocen.a Nauarro allegatam.

85 Dico igitur, quod in d. c.nouerit versic. nec non excommunicantur qui de cætero seruari fecerint statuta ædita, & consuetudines introductas contra ecclesiæ libertatem: nisi ea de capitularibus suis infra duos menses post huiusmodi publicationem sententiæ fecerint amoueri: & in versic. *item excommunicamus statutarios, scriptores statutorum, nec non potestates, Consules, Rectores, & Consiliarios locorum, vbi de cætero huiusmodi statuta, & consuetudines æditæ fuerint, vel seruatæ; nec non, & illos qui secundum ea præsumpserint iudicare, vel in publicã formam scribere iudicata.*

Circa versiculum *nec non* dubitant interpretes, an tempus duorum mensium assignatum pro delendis statutis factis ante illam Decretalem, sit etiam assignatum pro delendis postea factis, de quo aliqua superius dicta sunt, & quidem Doctores antiqui dicebant pro æditis ante,& ædendis postea esse assignatos duos illos menses, vt de libro capitulari amoueantur statuta, & ad hoc inducunt verba d. versic.nec non, vbi non dicit *hactenus ædita*, sed dicit simpliciter, ædita, vt pro eorum opinione, illa verba expendit Caietanus in summa verbo excommunicatio.c.31. versic.secundo notanda est. & adijciunt illi DD. antiqui, quod illi duo menses incipiunt currere a publicatione illius decretalis, vt ibi dicitur, quam necesse est, vt in singulis locis hodie publicetur, vt ab ea pu-

blica-

blicatione currere incipiant duo menses, & ita frequenter est Decretalis illa publicanda, ne quis possit ignorantiam allegare. nam, qui ignorat statuta huiusmodi, contumax non est, vt in l. 2. C. ne sanctum baptisma reiteretur. & in l. fin. ff. de pœnis. & excommunicatio non cadit nisi in contumacem c. certum. 11. q. 3.

86 Hæc tamen opinio antiquorum, etsi æquior sit, vt ibi dicunt Doctores, tamen verior est alia opinio contraria, quod illi duo menses dantur ad delenda statuta ædita ante illam constitutionem, non verò pro delendis nouiter æditis post illam constitutionem; quod probant verba dicti versiculi *nec non*, ibi, *ædita*, & ibi, *introductas*, quæ sunt verba præteriti temporis, & dicunt, quod statutarij & alij, de quibus in versiculo item excommunicamus, sunt ipso iure excommunicati statim post ipsam æditionem, vt docet gloss. in d. c. grauem 53. verbo promulgare, quam sequuntur ibi DD. & in d. c. nouerit Innocen. nu. 3. in gloss. Consiliarius, Hostiensis, Ioan. Andr. Butrius, Abbas nu. 3. Henricus Boic, & Cardin. nu. 3. alij verò scilicet successores statuentium non sunt ipso iure excommunicati, quia iustam ignorantiæ causam videntur habere, iuxta regulam, *qui in ius succedit alterius, iustam ignorantiæ causam censetur habere*. & idem in potestate, & consilio populi, qui deputauit aliquos commissarios ad facienda statuta, & illi commissarij fecerunt aliqua contra libertatem ecclesiasticam. Nam illi, qui commiserunt, non sunt statim excommunicati, vt probatur d. c. grauem. quia in generali commissione non venit potestas faciendi illicita statuta. c. 1. de iure jurando, in 6. vt dicit Abbas in d. c. grauem. n. 5. & ibi Felynus nu. 1. nisi fuerint negligentes in illis delendis: quando autem dicantur negligentes dicit Innocentius d. c. nouerit, n. 3. verbo consiliarius, quod *quam cito sciunt esse contra libertatem & non delerunt, vel officium dimiserunt*. Si vero ignorauerunt statuta esse contra libertatem ecclesiæ, non inciderunt in excómunicationem, quæ non cadit nisi in contumacem: debet tamen illis dari aliquod tempus, quia non in continenti post scientiam debent currere ad statuta delenda, argumento le-

gis, quod dicimus. ff.de solutionibus. arbitrio boni viri assignandum.l.continuus.ff.de verbor.obligation. & tunc elapso illo tempore sunt excommunicati ipso facto, vt docet. glos.d. c.grauem.verbo promulgare, & ibi Abbas.nu.5.& DD.supra relati in d.c.nouerit: Nec obstant verba d.c. grauem.§. ideo-
87 que ibi,*excommunicationis sententiam promulgare procures*; quæ potius videntur de sententia ferenda lapso termino, quam de lata ipso facto, per lapsum temporis. Nam respondetur,quod verba illa de denuntiatione excommunicationis accipienda sunt vt ibi accepit Bernardus verbo promulgare. in fine, vel quod in d. §.*ideoque*, in illis verbis *promulgare procures*, dicatur quod vltra excommunicationem a iure latam contra
88 illos, iterum ab homine excommunicentur,ad maiorem terrorem, & vt multiplicato vinculo excommunicationis obtineatur absolutio, cum maiori difficultate, vt in c.ita quorundam.de Iudæis. & ita a iure excommunicatus, potest & ab homine iterum excommunicari, vt notat glos.d. c.grauem, & ibi Abbas nu. 5. & Felynus nu.1.idem Abb. in c. reprehensibilis.de appellation.vbi Francus nu.8.& ibi Præpositus nu.6.
89 de quo s. Nec est necessaria noua publicatio illius Decretalis nouerit, sat enim est, quod semel fuerit promulgata vt post duos menses obliget iuxta Auth.vt nouæ factæ constitutiones obligant infra duos menses. & sufficit quod sit Romæ publicata, vt habetur *in Data* lib. 6. Decretalium, & ita glos. & DD.communiter d.c.nouerit,verbo.infra.duos menses.
90 Ecce qualiter Innocentius in c.nouerit, tantum ratione ignorantiæ excuset (non statutarios) sed etiam alios Consiliarios,qui non interfuere in condendis statutis,& ita Innoc. intelligunt ibi omnes DD. distinguentes inter statutarios, & Consiliarios, & successores statuentium. Nam in statutarijs, & obseruantibus statuta non videtur posse cadere aliqua legitima, & inuincibilis ignorantia licet sincero animo id faciant; nam ignorantia circa ea,quæ ad eorum officium legitime exequendum spectant (quarum optimam debent habere scientiam,& ipsi eam habere profitentur)nullo modo inuincibilis esse potest: ipsi enim scire tenentur, quæ statuta licitè

fieri

fieri possint, & quæ non: alias ignorantia eos non excusauit, cum sit supina, & crassa circa ea, in quibus periti se profitentur, vt superius probauimus. Nec minus in facto possunt iustam ignorantiam habere, cum ipsi authores fuerint statutorum; immò Cardinalis Zabarella d. c. nouerit nu. 3. versic. *quid si sciuerunt*. nec iustam ignorantiam facti, & iuris in dictis Consiliarijs, & successoribus admittit; non facti, quia statuta publicè promulgata sunt, nec etiam potuerunt ignorare ea esse contra libertatem ecclesiæ, cum ea sit iuris ignorantia quæ neminem excusat, Reg. iuris ignorantia; &c. Vnde nullo modo videtur excusari ratione ignorantiæ neque ex sincero animo Domini Veneti; nam cum in eorum Consilio sint viri docti, & periti, non potuerunt ignorare, quod contra eos erant plures Pontificum decisiones, & communes resolutiones Doctorum, vt supra dictum est in prima assertione, quibus magis inhærere debuissent, quam singulari opinioni Sygnoroli, & Baldi communiter reprobatæ, iuxta Baldi dictum in .l.fin.C. de pœna iudicis qui male iudicauit. cum latè traditis per Neuizanum, & Antonium Mariam lib. 3. de communi opinione tit. 11. nu. 13. vt superius diximus,
91 *ex quo sequitur*, quod opinio Nauarri d. c. 27. nu. 119. non potest ita plene procedere propter sincerum statuentium animum, etiam si ignorent statuta esse contra libertatem ecclesiæ.

92 Nec etiam iuuari possunt ex auctoritate Caietani dicto verbo excommunicatio. c. 31. vers. quarto nota, quia non est notum an id fecerint dicti Veneti de consilio virorum prudentum, immo, & si id fecerint modo post monitionẽ Sanctissimi D. N. declarantis dicta statuta esse contra libertatem ecclesiasticam (quod ab eo fieri posse superius dictum est) nullam possunt inuincibilem ignorantiam habere, postquam certificati sunt, & scientiam habent, quod sunt eorum statuta contra libertatem ecclesiæ: vt per Innocen. d. c. nouerit, nu. 3. verbo commissarios. & Doctores ibi, quia potius dicuntur habere erroneam conscientiam, & maximam contumaciam,
93 sicuti eorum parentes in simili re, de libertate ecclesiastica

violata,

violata,& vſurpata iuriſdictione eccleſiæ, & de iniuſta vſurpatione bonorum eccleſiaſticorum aduerſus Monitoriũ Iulij Secundi factum:tradit de anno 1508. Guicciardinus, lib. 8. hiſtoriæ. ſed debuiſſent ſequi pœnitentes, vti ſecuti ſunt errantes. nam vt ibi dicit Guicciardinus in fin. d. lib. 8. Lapſis aliquibus annis,quibus paſſi ſunt cenſuris eſſe innodatos, & penè amiſso toto patrimonio Reipub. in Italia ſola ciuitate dimiſsa, ita vt illi dici poſſit *quomodo ſedet ſola ciuitas*, &c. nec eſſet, qui eam conſolaretur, ſed ipſi reuerſi ſunt in viam rectam,& deſtinatis Oratoribus ad Summum Pontificem cernui nomine Reip. veniam petierunt, vultu in terram dimiſſo coram Pontifice,& Cardinalibus in Porticu ſancti Petri,inter quos fuit Hieronymus Donatus(dicti domini Leonardi Ducis gẽtilis)vir macte virtute,literis,& ingenio clarus, & apud Summum Pontificem gratiſſimus: qui multum patriæ vtilis apud Pontificem fuit:hæc autem obedientia,& pax quam vtilis fuerit Venetis,ſucceſsus rerum inde ſequutarum manifeſtat,vt docet Guicciardinus d.loco,& Illeſcas 2,par.Hiſtoriæ Pontificalis,in vita Iulij Secundi.

94 At quantum benignius ſit hoc Sanctiſſimi D. N. Monitorium illo Iulij Secundi,facile conijci poteſt ex hiſtoria Guicciardini d.lib.8.pag.218.

Nam & Sanctiſſimus D. N. ſequutus benigniorem opinionem Doctorum antiquorum non ſolum conſiliarijs,& ſucceſſoribus ſtatuentium tempus aſſignauit ad emendationem, & deletionem ſtatutorum, iuxta c. grauem 53. ſed etiam ipſis ſtatutarijs, volens, vt pijſſimus pater filij prodigi emendationem. Non igitur grauari debent Veneti incipere, & veniam petere, ſi maiorum ſuorum veſtigia ſequi velint. Habeant etiam Theodoſium magnum quem imitentur, quia D. Ambroſio Epiſcopo Mediolanenſi ſupplex veniam petiuit, vt tradit Ruffinus lib.2. eccleſiaſticæ hiſtoriæ c.18. & habetur in c. cum apud Theſsalonicam 11. q. 3. Quanto magis hoc debuiſsent ipſi facere coram Sanctiſſimo : nam habemus Pontificem,qui eorum infirmitatibus compati poſſit & vt inquit D. Ambr.epiſt. 31. ad Valentinianum Imper. *nullus pudor eſt ad melio-*

meliora transire. Timeant casus,& ruinas eorum, qui a Pontificis obedientia defecerunt, de quibus plura Thomas Bozius in tractatu de iure status, seu de iure diuino ecclesiasticæ libertatis. Hactenus de §. 2. & de rectitudine monitorij Sanctiss.D. N. Pergamus ad §. tertium, de ordine, & forma seruata in eius publicatione.

§. Tertius de monitione, & censuris Sanctiss. D.N. rite latis.

SVMMARIVM.

1 *Monitio est necessaria ad ferendas censuras.*
2 *Eadem monitio, seu citatio esse debet in qualibet sententia, sed ex differenti ratione.*
3 *Duplex est inobedientia, generalis,& specialis.*
4 *Obedientia formalis,& materialis.*
5 *Diuersa sunt inobedientia,& contumacia.*
6 *Contumacia est eiusdem speciei cum inobedientia:*
7 *Quæ est causa immediata,& mediata excommunicationis.*
8 *Sufficit contumacia formalis,vel materialis, & extraiudicialis.*
9 *Vera ratio,quare requiritur monitio.*
10 *In casibus,in quibus incurritur,ipso iure lex monet.*
11 *Primum requisitum,vt præcedat monitio.*
12 *Secundum requisitum,vt monitio sit trina,vel vna pro tribus.*
13 *Tertium requisitum est,quod monitio sit personalis.*
14 *Limitatur nisi latitet, vel subterfugiat, vt non possit fieri personaliter.*
15 *Nec quando est generalis monitio.*
16 *Semel citatus personaliter potest citari per edictum.*
17 *Quartum requisitum est,quod sententia feratur in scriptis.*
18 *Quintum requisitum,vt causa sit probata iudicialiter.*
19 *Sextum est,quod publicetur excommunicatio.*
20 *Admonitio licet sit de solemnitate accidentali,non tamen est de substantiali.*
21 *Probatur,quod admonitio non sit de substantia.*
22 *Communem opinionem limitant Soto, & Victoria, & Suarez, vt procedat in trina monitione; vnam autem esse necessariam.*
23 *Summus Pontifex an debeat canonicam monitionem seruare.*
24 *Sententia Principis lata,audita parte, licet non seruato iuris ordi-*

 ne,

ne, valet.

25 An citatio personalis possit a Papa prætermitti.

26 Quartum requisitum, quod sententia in scriptis non est de substantia.

27 Quintum requisitum, quod feratur causa cognita: constituuntur aliqui casus.

28 Primus casus de causa vera, & probata, & Papa in causæ cognitione suffisit quod partem audiat, licet extraiudicialiter; nam iudicat secundum conscientiam.

29 Secundus casus, quando causa est vera non tamen probata.

30 Probationes non sunt de substantia iudicij.

31 Casus tertius, quando causa neq; est vera, nec probata.

32 Quartus casus est, quando est iniusta, aut falsa, tamen est legitime probata.

33 Quintus casus est, quando est dubium.

34 Qua ratione in his quæstionibus immoretur Author.

35 Quod ex sententia aliquorum, sententia excommunicationis iniusta, & ex falsa causa obligat in conscientia, & foro interiori, nam est dubium.

36 Sententia Diui Gregorij in c. sententia Pastoris, explicatur.

37 Prosequitur contra errores Theologorum Venetorum.

38 Censura iniusta ratione causæ, ordinis, & intentionis est valida, & quando dicatur continere errorem intollerabilem.

39 Reprehenduntur Theologi Veneti.

40 Ex falsa propositione inferunt illi Theologi multa falsa contra censuras D. N.

41 Domini temporales, qui cogunt non seruare interdicta, sunt ipso iure excommunicati.

42 De publicatione interdicti, an sit ritè facta, & quod non sit necessarius populi consensus.

43 Prosequitur, quod sit legitime publicata, & referuntur diligentiæ factæ per Sanctiss. D. N. cum Senatu Veneto, & Duce.

44 Quod adfuit causæ cognitio, quæ constat ex confessione partis, & quod sufficit extraiudicialis cognitio, dummodo pars fuerit vocata, & audita.

45 Quod causæ cognitio fuit trina.

46 Est credendum Pontifici asserenti de proprio facto,

47 Verbum plures est accipiendum ad minus de tribus iuxta materiam.

48 Papæ dicenti aliquem citasse est credendum.

49 De stilo curiæ obseruatur trina monitio, ideo præsumitur posita.

50 Vna monitio sufficit in Summo Pontifice.

Quod

51 *Quod monitio fuit personalis, & in scriptis.*
52 *Sufficit quod semel fuerint personaliter citati.*
53 *Agitur de vltimo monitorio dato 17. Aprilis 1606.*
54 *Referuntur aliqui casus de quibus Papa sine monitione procedit ad excommunicationem. Primo quando procedit contra occupantes de facto bona, & iura Ecclesiæ.*
55 *Quando Princeps procedit ex iusta causa non est necessaria monitio.*
56 *Quando nullam possunt habere legitimam defensionem.*
57 *Quando is, contra quem proceditur propter idem factum est ipso iure excommunicatus, potest sine monitione iterum illum excommunicare, vbi explicatur, c. reprehensibilis. de appell.*
58 *Quando notorie constat de facto, non est necessaria monitio.*
59 *In casu notorio, quomodo sit contumacia; vbi distinguitur de vera, & de præsumpta contumacia.*
60 *In casu nostro constat de notorietate facti, inexcusabiliter.*
61 *Quod constat de eorum contumacia manifeste absq; vlla dubitatione, & ideo non est necessaria monitio vbi agitur de intellectu. c. cũ sit Romana §. præterea. de appell. vbi de excommunicato Corinthio.*
62 *In notorijs non est necessaria sententia.*
63 *Prosequitur excommunicationem illius Corinthij a Diuo Paulo excommunicati.*
64 *Defenditur communis intellectus, c. cum sit Romana, §. præterea, ab impugnatione Didaci Couarru. & Francisci Suarez.*
65 *Explicatio Didaci, & Suarez habet aliquid diuinationis.*
66 *Locus Diui Pauli multum iuuat Paulum V. Pont. Max.*
67 *Pro præteritis culpis, quando possit poni noua excommunicatio sine monitione.*
68 *Vbi ponitur resolutio.*
69 *Si Iudex ecclesiasticus præcipit aliquid potest excommunicare non parentem.*
70 *Modus excommunicandi sub conditione si non paruerit, est receptus ab ecclesia pro futuris culpis.*
71 *Si peccatum perseueret cum contumacia, potest excommnnicari sine monitione.*
72 *D. N. in vltimo monitorio monuit Ducem, & Senatum.*
73 *Excommunicatio non retrotrahitur.*
74 *Agitur de excommunicatione lata contra Vniuersitatem, quando valeat, vbi quod culpabiles possunt excommunicari, & tota Vniuersitas si fuerit culpabilis.*
75 *Post inobedientiam non est necessaria alia causæ cognitio, & agitur de clausula, quorum nomina pro expressis, de qua in monitorio.*

76 *Quod excommunicatio comprehendit successores Ducis, & Consilium culpabiles.*
77 *Senatores qui non sunt culpabiles non comprehenduntur in excommunicatione.*
78 *In monitorio non excommunicantur excommunicatione maiori cõmunicantes cum excommunicatis, nec sunt interdicti, sed sola ciuitas.*
79 *Agitur an rite sit facta publicatio, quæ est necessaria. Agitur de extrauaganti, Ad euitanda.*
80 *Dux, & Senatus sunt notorie excommunicati, ideo sunt vitandi iuxta Concilium Basiliense.*
81 *Immo, & iuxta Concilium Constantiense debent euitari qui sunt notorij percussores Clericorum, immo excommunicatus non iuuatur dicta dispositione Concilij Constantiensis.*
28 *Publicatio est de iure positiuo, & quo modo, & loco fiat, est arbitrarium, ita vt ad notitiam omniũ veniat, & agitur de c. cura, 11. q. 3*
83 *Sat est quod sint publicatæ in modo contento in monitorio in Valuis &c. & ita Sanctissimus ibi declarauit.*
84 *Ex quo non erat tutus accessus, volenti ibi facere publicationem, satis est quod publicentur Romæ.*

1 POst quam in præcedenti. §. secundo actum est de rectitudine monitorij, & censurarum Sanctiss. D. N. reliquũ est, vt in hoc tertio. §. agamus, an ritè sint latæ, & promulgatæ.

Et Primo in ferendis censuris certa forma, & ordo a iure statutus est: & in primis, vt præcedat monitio erga excõmunicandum, vt habetur in Concilio generali Lateranensi sub Innocentio Tertio, in c. sacro 48. de sentent. excom. & in c. reprehensibilis. 26. de appell. & in c. statuimus. 3. & in c. Romana 5. §. porro, & in c. constitutionem. 9. de senten. excom. in. 6. & habetur in plurimis decretis. 11. q. 3. & 24. q. 3. c. resecandæ, & c. corripiantur. ita vt ad notitiam ipsius perueniat, vt in c. causa de dolo, & contumacia. cum adductis a Couarru. in c. alma mater. 1. par. §. 9. nu. 4. & a Francisco Suarez de censuris. disp. 3. sect. 8. nu. 3. a Nauar. in Manuali c. 27. nu. 10. & 11. a Fr. Petro Ledesma in summa. 1. par. c. 3. de excommunicatione. pag. 729.

2 Id enim regulare est in quacunque sententia ferenda, ad quam prius debet citari pars, vt in c. consuluit. de officio delegati,

gati,& in A.de vno quoque.de re iudicata, & similiter ad excommunicationem ferendam, vt in præcitatis iuribus, tradit Anton.Gabriel.lib.2.tit.de citationibus.conclus.1.n.153. ampliat. 35. hoc autem interest, quod in alijs sententijs citatio fit ad hoc, vt pars veniat ad audiendam sententiam. Cæterum in excommunicatione monitio fit, vt pars corrigatur, vt docet Abb. in d.c.sacro.nu.2.

3 Et pro explicatione veræ, & germanæ rationis, quare sit necessarium,vt præcedat monitio, in primis obseruādum est, quod est duplex inobedientia,vna generalis, quæ pertinet ad exequutionem omnium virtutum,altera specialis, quæ pertinet ad obseruanda præcepta superiorum,vt tradit D.Thomas 2.2.q.10.art.2.in corpore.

4 Rursus inobedientia specialis est duplex, vna formalis, & altera materialis ex eod. D. Thoma 2. 2. q. 105. art. 1. ad primum.Formalis est,quando subditus contemnit præceptum superioris, & illud transgreditur, ea intentione, quod nolit ei subijci, & est speciale peccatum inobedientiæ, de qua est intelligenda glos. in. l. si. filius, de interrog. actionibus. quæ est singularis secundum Marian. Soccin. Seniorem in c. veniens.nu.7. de accusation. & hæc aliquando incidit in hæresim,& aliquando in schisma,vt per Geminianum in summa. 4. q. 1. & quam grauis sit perpendi potest ex præcepto, circa quod versatur, eritq. nocentior,& grauior,si sit erga res fidei, Religionis, Pacis, & vnionis ecclesiasticæ, vt docet Couarru. d.§.9. nu. 3. Qualis autem sit hæc Venetorum inobedientia, res ipsa demonstrat.

Materialis autem inobedientia, contingit absque contēptu,proceditq. ex alijs causis, & passionibus, vt per D.Thom. & alios supra relatos.

5 Secundo est aduertendum, quod licet simul possint stare inobedientia, & contumacia, tamen realiter distinguntur; nam inobedientia potest stare sine contumacia propter solum peccatum transgressionis, at si in eo non perseuerat, non est contumax. Contumacia autem nō potest esse,quin præcedat inobedientia,& ex perseuerantia fit contumacia,vt colligitur

ex

excom. ad hanc quæstionem adducat Innoc. d. c. nouerit.nu. 3.tamen si Innocentius recte inspiciatur non dicit qualis debeat esse ignorantia, quæ possit excusare. tum etiam, quod Innocen.non loquitur de statutarijs, sed de successoribus statuentium, & de alijs, qui non fuerunt in voto, & consilio, vt statuta æderentur, nec iusta illa iudicarunt: vnde nobis necessarium esse videtur explicare aliqua circa dictam decre-
84 talem Honorij,& aliam eiusdem in c. grauem 53. eod. tit.de duobus mensibus, qui in d.c. nouerit assignantur ad delenda statuta, quæ libertatem ecclesiasticam lædunt; nam & si hæc videantur esse de materia §.tertij, de quo inferius agemus, tamen hic necessario sunt tractanda propter authoritatem Innocen.a Nauarro allegatam.

85 Dico igitur, quod in d. c.nouerit versic. nec non excommunicantur qui de cætero seruari fecerint statuta ædita, & consuetudines introductas contra ecclesiæ libertatem: nisi ea de capitularibus suis infra duos menses post huiusmodi publicationem sententiæ fecerint amoueri: & in versic. *item excommunicamus statutarios, scriptores statutorum, nec non potestates, Consules, Rectores, & Consiliarios locorum, vbi de cætero huiusmodi statuta, & consuetudines æditæ fuerint, vel seruatæ; nec non, & illos qui secundum ea præsumpserint iudicare, vel in publicã formam scribere iudicata.*

Circa versiculum *nec non* dubitant interpretes, an tempus duorum mensium assignatum pro delendis statutis factis ante illam Decretalem, sit etiam assignatum pro delendis postea factis, de quo aliqua superius dicta sunt, & quidem Doctores antiqui dicebant pro æditis ante,& ædendis postea esse assignatos duos illos menses, vt de libro capitulari amoueantur statuta, & ad hoc inducunt verba d. versic.nec non, vbi non dicit *hactenus ædita*, sed dicit simpliciter, ædita, vt pro eorum opinione, illa verba expendit Caietanus in summa verbo excommunicatio.c.31. versic.secundo notanda est. & adijciunt illi DD. antiqui, quod illi duo menses incipiunt currere a publicatione illius decretalis, vt ibi dicitur, quam necesse est, vt in singulis locis hodie publicetur, vt ab ea publica-

blicatione currere incipiant duo menses, & ita frequenter est Decretalis illa publicanda, ne quis possit ignorantiam allegare. nam, qui ignorat statuta huiusmodi, contumax non est, vt in l. 2. C. ne sanctum baptisma reiteretur. & in l. fin. ff. de pœnis. & excommunicatio non cadit nisi in contumacem c. certum. 11. q. 3.

86 Hæc tamen opinio antiquorum, etsi æquior sit, vt ibi dicunt Doctores, tamen verior est alia opinio contraria, quod illi duo menses dantur ad delenda statuta ædita ante illam constitutionem, non verò pro delendis nouiter æditis post illam constitutionem; quod probant verba dicti versiculi *nec non*, ibi, *ædita*, & ibi, *introductas*, quæ sunt verba præteriti temporis, & dicunt, quod statutarij & alij, de quibus in versiculo item excommunicamus, sunt ipso iure excommunicati statim post ipsam æditionem, vt docet gloss. in d. c. grauem 53. verbo promulgare, quam sequuntur ibi DD. & in d. c. nouerit Innocen. nu. 3. in gloss. Consiliarius, Hostiensis, Ioan. Andr. Butrius, Abbas nu. 3. Henricus Boic, & Cardin. nu. 3. alij verò scilicet successores statuentium non sunt ipso iure excommunicati, quia iustam ignorantiæ causam videntur habere, iuxta regulam, *qui in ius succedit alterius, iustam ignorantiæ causam censetur habere*. & idem in potestate, & consilio populi, qui deputauit aliquos commissarios ad facienda statuta, & illi commissarij fecerunt aliqua contra libertatem ecclesiasticam. Nam illi, qui commiserunt, non sunt statim excommunicati, vt probatur d. c. grauem. quia in generali commissione non venit potestas faciendi illicita statuta. c. 1. de iure iurando, in 6. vt dicit Abbas in d. c. grauem. n. 5. & ibi Felynus nu. 1. nisi fuerint negligentes in illis delendis: quando autem dicantur negligentes dicit Innocentius d. c. nouerit, n. 3. verbo consiliarius, quod *quam cito sciunt esse contra libertatem & non delerunt, vel officium dimiserunt*. Si vero ignorauerunt statuta esse contra libertatem ecclesiæ, non inciderunt in excõmunicationem, quæ non cadit nisi in contumacem: debet tamen illis dari aliquod tempus, quia non in continenti post scientiam debent currere ad statuta delenda, argumento le-

gis, quod dicimus. ff.de solutionibus. arbitrio boni viri assignandum.l.continuus.ff.de verbor.obligation. & tunc elapso illo tempore sunt excommunicati ipso facto, vt docet glos.d. c.grauem.verbo promulgare, & ibi Abbas.nu.5.& DD.supra relati in d.c.nouerit: Nec obstant verba d.c. grauem.§. ideo-
87 que ibi, *excommunicationis sententiam promulgare procures*; quæ potius videntur de sententia ferenda lapso termino, quam de lata ipso facto, per lapsum temporis. Nam respondetur, quod verba illa de denuntiatione excommunicationis accipienda sunt vt ibi accepit Bernardus verbo promulgare. in fine, vel quod in d. §. *ideoque*, in illis verbis *promulgare procures*, dicatur quod vltra excommunicationem a iure latam contra
88 illos, iterum ab homine excommunicentur, ad maiorem terrorem, & vt multiplicato vinculo excommunicationis obtineatur absolutio, cum maiori difficultate, vt in c.ita quorundam.de Iudæis. & ita a iure excommunicatus, potest & ab homine iterum excommunicari, vt notat glos.d. c.grauem, & ibi Abbas nu. 5. & Felynus nu.1.idem Abb. in c. reprehensibilis.de appellation.vbi Francus nu.8.& ibi Præpositus nu.6.
89 de quo §. Nec est necessaria noua publicatio illius Decretalis nouerit, sat enim est, quod semel fuerit promulgata vt post duos menses obliget iuxta Auth.vt nouæ factæ constitutiones obligant infra duos menses. & sufficit quod sit Romæ publicata, vt habetur *in Data* lib. 6. Decretalium, & ita glos. & DD.communiter d.c.nouerit, verbo.infra.duos menses.
90 Ecce qualiter Innocentius in c.nouerit, tantum ratione ignorantiæ excuset (non statutarios) sed etiam alios Consiliarios, qui non interfuere in condendis statutis, & ita Innoc. intelligunt ibi omnes DD. distinguentes inter statutarios, & Consiliarios, & successores statuentium. Nam in statutarijs, & obseruantibus statuta non videtur posse cadere aliqua legitima, & inuincibilis ignorantia licet sincero animo id faciant; nam ignorantia circa ea, quæ ad eorum officium legitime exequendum spectant (quarum optimam debent habere scientiam, & ipsi eam habere profitentur) nullo modo inuincibilis esse potest: ipsi enim scire tenentur, quæ statuta licitè

fieri

fieri possint, & quæ non: alias ignorantia eos non excusauit, cum sit supina, & crassa circa ea, in quibus periti se profitentur, vt superius probauimus. Nec minus in facto possunt iustam ignorantiam habere, cum ipsi authores fuerint statutorum; immò Cardinalis Zabarella d. c. nouerit nu. 3. versic. *quid si sciuerunt*. nec iustam ignorantiam facti, & iuris in dictis Consiliarijs, & successoribus admittit; non facti, quia statuta publicè promulgata sunt, nec etiam potuerunt ignorare ea esse contra libertatem ecclesiæ, cum ea sit iuris ignorantia quæ neminem excusat, Reg. iuris ignorantia &c. Vnde nullo modo videtur excusari ratione ignorantiæ neque ex sincero animo Domini Veneti; nam cùm in eorum Consilio sint viri docti, & periti, non potuerunt ignorare, quod contra eos erant plures Pontificum decisiones, & communes resolutiones Doctorum, vt supra dictum est in prima assertione, quibus magis inhærere debuissent, quam singulari opinioni Sygnoroli, & Baldi communiter reprobatæ, iuxta Baldi dictum in .l.fin.C. de pœna iudicis qui male iudicauit. cum latè traditis per Neuizanum, & Antonium Mariam lib. 3. de communi opinione tit. 11. nu. 13. vt superius diximus,
91 *ex quo sequitur*, quod opinio Nauarri d. c. 27. nu. 119. non potest ita plene procedere propter sincerum statuentium animum, etiam si ignorent statuta esse contra libertatem ecclesiæ.

92 Nec etiam iuuari possunt ex auctoritate Caietani dicto verbo excommunicatio. c. 31. vers. quarto nota, quia non est notum an id fecerint dicti Veneti de consilio virorum prudentum, immo, & si id fecerint modo post monitionē Sanctissimi D. N. declarantis dicta statuta esse contra libertatem ecclesiasticam (quod ab eo fieri posse superius dictum est) nullam possunt inuincibilem ignorantiam habere, postquam certificati sunt, & scientiam habent, quod sunt eorum statuta contra libertatem ecclesiæ: vt per Innocen. d. c. nouerit, nu. 3. verbo commissarios. & Doctores ibi, quia potius dicuntur habere erroneam conscientiam, & maximam contumaciam,
93 sicuti eorum parentes in simili re, de libertate ecclesiastica

violata,

violata,& vſurpata iuriſdictione eccleſiæ, & de iniuſta vſurpatione bonorum eccleſiaſticorum aduerſus Monitoriũ Iulij Secundi factum:tradit de anno 1508. Guicciardinus, lib. 8. hiſtoriæ. ſed debuiſſent ſequi pœnitentes, vti ſecuti ſunt errantes. nam vt ibi dicit Guicciardinus in fin. d. lib. 8. Lapſis aliquibus annis,quibus paſſi ſunt cenſuris eſſe innodatos, & penè amiſso toto patrimonio Reipub. in Italia ſola ciuitate dimiſsa, ita vt illi dici poſſit *quomodo ſedet ſola ciuitas*, &c. nec eſſet, qui eam conſolaretur, ſed ipſi reuerſi ſunt in viam rectam,& deſtinatis Oratoribus ad Summum Pontificem cernui nomine Reip. veniam petierunt, vultu in terram dimiſſo coram Pontifice,& Cardinalibus in Porticu ſancti Petri,inter quos fuit Hieronymus Donatus(dicti domini Leonardi Ducis gẽtilis)vir macte virtute,literis,& ingenio clarus, & apud Summum Pontificem gratiſſimus: qui multum patriæ vtilis apud Pontificem fuit:hæc autem obedientia,& pax quam vtilis fuerit Venetis,ſucceſsus rerum inde ſequutarum manifeſtat,vt docet Guicciardinus d.loco,& Illeſcas 2,par.Hiſtoriæ Pontificalis,in vita Iulij Secundi.

94 At quantum benignius ſit hoc Sanctiſſimi D. N. Monitorium illo Iulij Secundi,facile conijci poteſt ex hiſtoria Guicciardini d.lib.8.pag.218.

Nam & Sanctiſſimus D. N. ſequutus benigniorem opinionem Doctorum antiquorum non ſolum conſiliarijs,& ſucceſſoribus ſtatuentium tempus aſſignauit ad emendationem, & deletionem ſtatutorum, iuxta c. grauem 53. ſed etiam ipſis ſtatutarijs, volens, vt pijſſimus pater filij prodigi emendationem. Non igitur grauari debent Veneti incipere, & veniam petere, ſi maiorum ſuorum veſtigia ſequi velint. Habeant etiam Theodoſium magnum quem imitentur, quia D. Ambroſio Epiſcopo Mediolanenſi ſupplex veniam petiuit, vt tradit Ruffinus lib.2. eccleſiaſticæ hiſtoriæ c.18. & habetur in c. cum apud Theſſalonicam 11. q. 3. Quanto magis hoc debuiſsent ipſi facere coram Sanctiſſimo: nam habemus Pontificem,qui eorum infirmitatibus compati poſſit & vt inquit D. Ambr.epiſt. 31. ad Valentinianum Imper. *nullus pudor eſt ad*

melio-

meliora transire. Timeant casus, & ruinas eorum, qui a Pontificis obedientia defecerunt, de quibus plura Thomas Bozius in tractatu de iure status, seu de iure diuino ecclesiasticæ libertatis. Hactenus de §. 2. & de rectitudine monitorij Sanctiss. D. N. Pergamus ad §. tertium, de ordine, & forma seruata in eius publicatione.

§. Tertius de monitione, & censuris Sanctiss. D. N. rite latis.

SVMMARIVM.

1 *Monitio est necessaria ad ferendas censuras.*
2 *Eadem monitio, seu citatio esse debet in qualibet sententia, sed in differenti ratione.*
3 *Duplex est inobedientia, generalis, & specialis.*
4 *Obedientia formalis, & materialis.*
5 *Diuersa sunt inobedientia, & contumacia.*
6 *Contumacia est eiusdem speciei cum inobedientia.*
7 *Quæ est causa immediata, & mediata excommunicationis.*
8 *Sufficit contumacia formalis, vel materialis, & extraiudicialis.*
9 *Vera ratio, quare requiritur monitio.*
10 *In casibus, in quibus incurritur, ipso iure lex monet.*
11 *Primum requisitum, vt præcedat monitio.*
12 *Secundum requisitum, vt monitio sit trina, vel vna pro tribus.*
13 *Tertium requisitum est, quod monitio sit personalis.*
14 *Limitatur nisi latitet, vel subterfugiat, vt non possit fieri personaliter.*
15 *Nec quando est generalis monitio.*
16 *Semel citatus personaliter potest citari per edictum.*
17 *Quartum requisitum est, quod sententia feratur in scriptis.*
18 *Quintum requisitum, vt causa sit probata iudicialiter.*
19 *Sextum est, quod publicetur excommunicatio.*
20 *Admonitio licet sit de solemnitate accidentali, non tamen est de substantiali.*
21 *Probatur, quod admonitio non sit de substantia.*
22 *Communem opinionem limitant Soto, & Victoria, & Suarez, vt procedat in trina monitione; vnam autem esse necessariam.*
23 *Summus Pontifex an debeat canonicam monitionem seruare.*
24 *Sententia Principis lata, audita parte, licet non seruato iuris ordine,*

ne,valet.

25 *An citatio personalis possit a Papa prætermitti.*
26 *Quartum requisitum, quod sententia in scriptis non est de substantia.*
27 *Quintum requisitum, quod feratur causa cognita: constituuntur aliqui casus.*
28 *Primus casus de causa vera,& probata,& Papa in causæ cognitione sufficit quod partem audiat, licet extraiudicialiter; nam iudicat secundum conscientiam.*
29 *Secundus casus,quando causa est vera non tamen probata.*
30 *Probationes non sunt de substantia iudicij.*
31 *Casus tertius,quando causa neq; est vera,nec probata.*
32 *Quartus casus est,quando est iniusta, aut falsa,tamen est legitime probata.*
33 *Quintus casus est,quando est dubium.*
34 *Qua ratione in his quæstionibus immoretur Author.*
35 *Quod ex sententia aliquorum, sententia excommunicationis iniusta,& ex falsa causa obligat in conscientia,& foro interiori, nam est dubium.*
36 *Sententia Diui Gregorij in c.sententia Pastoris,explicatur.*
37 *Prosequitur contra errores Theologorum Venetorum.*
38 *Censura iniusta ratione causæ,ordinis,& intentionis est valida,& quando dicatur continere errorem intollerabilem.*
39 *Reprehenduntur Theologi Veneti.*
40 *Ex falsa propositione inferunt illi Theologi multa falsa contra censuras D.N.*
41 *Domini temporales,qui cogunt non seruare interdicta, sunt ipso iure excommunicati.*
42 *De publicatione interdicti,an sit ritè facta, & quod non sit necessarius populi consensus.*
43 *Prosequitur,quod sit legitime publicata, & referuntur diligentia facta per Sanctiss.D.N.cum Senatu Veneto, & Duce.*
44 *Quod adfuit causæ cognitio, quæ constat ex confessione partis, & quod sufficit extraiudicialis cognitio,dummodo pars fuerit vocata, & audita.*
45 *Quod causæ cognitio fuit trina.*
46 *Est credendum Pontifici asserenti de proprio facto,*
47 *Verbum plures est accipiendum ad minus de tribus iuxta materiam.*
48 *Papæ dicenti aliquem citasse est credendum.*
49 *De stilo curiæ obseruatur trina monitio,ideo præsumitur posita.*
50 *Vna monitio sufficit in Summo Pontifice.*

Quod

51 Quod monitio fuit personalis, & in scriptis.
52 Sufficit quod semel fuerint personaliter citati.
53 Agitur de vltimo monitorio dato 17. Aprilis 1606.
54 Referuntur aliqui casus de quibus Papa sine monitione procedit ad excommunicationem. Primo quando procedit contra occupantes de facto bona, & iura Ecclesiæ.
55 Quando Princeps procedit ex iusta causa non est necessaria monitio.
56 Quando nullam possunt habere legitimam defensionem.
57 Quando is, contra quem proceditur propter idem factum est ipso iure excommunicatus, potest sine monitione iterum illum excommunicare, vbi explicatur, c. reprehensibilis. de appell.
58 Quando notorie constat de facto, non est necessaria monitio.
59 In casu notorio, quomodo sit contumacia; vbi distinguitur de vera, & de præsumpta contumacia.
60 In casu nostro constat de notorietate facti, inexcusabiliter.
61 Quod constat de eorum contumacia manifeste absq; vlla dubitatione, & ideo non est necessaria monitio vbi agitur de intellectu. c. cũ sit Romana §. præterea de appell. vbi de excommunicato Corinthio.
62 In notorijs non est necessaria sententia.
63 Prosequitur excommunicationem illius Corinthij a Diuo Paulo excommunicati.
64 Defenditur communis intellectus, c. cum sit Romana, §. præterea, ab impugnatione Didaci Couarru. & Francisci Suarez.
65 Explicatio Didaci, & Suarez habet aliquid diuinationis.
66 Locus Diui Pauli multum iuuat Paulum V. Pont. Max.
67 Pro præteritis culpis, quando possit poni noua excommunicatio sine monitione.
68 Vbi ponitur resolutio.
69 Si Iudex ecclesiasticus præcipit aliquid potest excommunicare non parentem.
70 Modus excommunicandi sub conditione si non paruerit, est receptus ab ecclesia pro futuris culpis.
71 Si peccatum perseueret cum contumacia, potest excommnnicari sine monitione.
72 D. N. in vltimo monitorio monuit Ducem, & Senatum.
73 Excommunicatio non retrotrahitur.
74 Agitur de excommunicatione lata contra Vniuersitatem, quando valeat, vbi quod culpabiles possunt excommunicari, & tota Vniuersitas si fuerit culpabilis.
75 Post inobedientiam non est necessaria alia causæ cognitio, & agitur de clausula, quorum nomina pro expressis, de qua in monitorio.

gati,& in l.de vno quoque.de re iudicata: & similiter ad excommunicationem ferendam, vt in præcitatis iuribus, tradit Anton.Gabriel.lib.2.tit.de citationibus.conclus.1.n.153. ampliat.35. hoc autem interest, quod in alijs sententijs citatio fit ad hoc, vt pars veniat ad audiendam sententiam. Cæterum in excommunicatione monitio fit, vt pars corrigatur, vt docet Abb. in d.c.sacro.nu.2.

3 Et pro explicatione veræ, & germanæ rationis, quare sit necessarium,vt præcedat monitio, in primis obseruādum est, quod est duplex inobedientia,vna generalis, quæ pertinet ad exequutionem omnium virtutum;altera specialis, quæ pertinet ad obseruanda præcepta superiorum,vt tradit D.Thomas 2.2.q.10.art.2.in corpore.

4 Rursus inobedientia specialis est duplex, vna formalis, & altera materialis ex eod. D. Thoma 2. 2. q. 105. art. 1. ad primum.Formalis est,quando subditus contemnit præceptum superioris, & illud transgreditur, ea intentione, quod nolit ei subijci, & est speciale peccatum inobedientiæ, de qua est intelligenda glos. in. l. si. filius, de interrog. actionibus. quæ est singularis secundum Marian. Soccin. Seniorem in c. veniens.nu.7. de accusation. & hæc aliquando incidit in hæresim,& aliquando in schisma,vt perGeminianum in summa. 4. q. 1. & quam grauis sit perpendi potest ex præcepto, circa quod versatur, eritq. nocentior,& grauior,si sit erga res fidei, Religionis, Pacis, & vnionis ecclesiasticæ, vt docet Couarru. d.§.9. nu. 3. Qualis autem sit hæc Venetorum inobedientia, res ipsa demonstrat.

Materialis autem inobedientia, contingit absque contēptu,proceditq. ex alijs causis, & passionibus, vt per D.Thom. & alios supra relatos.

5 Secundo est aduertendum, quod licet simul possint stare inobedientia, & contumacia; tamen realiter distinguuntur; nam inobedientia potest stare sine contumacia propter solum peccatum transgressionis, at si in eo non perseuerat, non est contumax. Contumacia autem nō potest esse,quin præcedat inobedientia,& ex perseuerantia fit contumacia, vt colligitur

ex glof.in c.Epifcopi.8.verbo *minimis*, & in c.nemo 41.verbo *mortis*, & in c.nullus.42.verbo, *arceri*. 11.q.3.& in c.fi quis de poteftatibus.21.verbo *fcripta*.24. q. 3.glof. in c.ex parte. 23. verbo *citatus*. de verbor. fignificat. & probatur ex rubrica de dolo, & contumacia; nam dictio, &, ponitur inter diuerfa, vt in
6 glof. rubricæ de iuris, & facti ignorantia. Vnde cum contumacia fit qualitas, feu accidens inhærens inobedientiæ, eiufdē erit qualitatis, & fpeciei cum inobedientia; nam accidens iudicatur ex fubiecto, cui inhæret, fi non mutat eius fpeciem. D. Thom. in 4. difput. 17. & ibi Bonauentura Paludanus, & Sotus, Nauar. in Manuali, c.6.n.3.& 19.& eft communis, tefte Victoria de Confeffion. nu. 176. neceffario fequitur, quod ficut inobedientia diftinguitur in formalem, & materialem fimiliter, & contumacia.
7 Tertio. Videndum eft, quæ fit caufa excommunicationis; peccatum, & tranfgreffio præcepti, quæ eft inobedientia, an vero contumacia; Nam in c.nemo. 41.11. q.3.ibi, *fine certa, & manifefta caufa peccati*, & ibi, *non nifi pro mortali*, videtur probari, quod peccatum eft caufa excommunicationis, & in c.cæterum 43. ibi, *refpuit obedire præceptis*: & in c.Epifcopi.8. eadem caufa, & q. ibi, *parere noluerit*: & fic ex dictis iuribus, videntur probari, quod inobedientia, & tranfgreffio præcepti fint caufa excommunicationis. Cæterum in c.qua fronte 25. §.fane de appellat.ibi, *pro contumacia, vel alia qualibet caufa interdicto, vel excommunicatione tenetur*. In his verbis videtur probari, quod per contumaciam, vel aliam quamlibet caufam poteft quis excommunicari. fed glof. in d.c. Epifcopi, verbo *minimis*, dicit, quod fola contumacia eft caufa excommunicationis, & quod pro peccato, non debet quis ab homine excommunicari, nifi adfit contumacia, & probatur in d. c. ex parte 23.§. ad intelligentiam de verbor. fignificat. ibi, *pro contumacia tantum*, & ibi, *vel pro offenfa, quia videlicet iuffus noluit maleficium emendare*, & ibi, glof. verbo, *pro contumacia*: & ibi Innocent.n.4.verbo, *offenfa*, quē alij fequuntur. Soto in 4. diftin. 22.q.1.art.2.conclus.2.& 3. Vnde pro refolutione dicendum eft, quod duplex eft caufa excommunicationis, vna remota, medi-

mediata, & materialis, & huiusmodi est peccatum, seu inobedientia præcepti;alia est proxima, immediata, & formalis, & huiusmodi est contumacia, vt cum iudicio obseruat Abb. in d.c.qua fronte.nu.10.Francus.5. & Præpositus 7.

8 Quarto hæc contumacia,quæ est causa formalis, & immediata excommunicationis, non est necesse, quod sit formalis inobedientia, prout distinguitur a materiali: vtraque enim siue sit materialis, siue formalis, & minima,est causa formalis excommunicationis,vt docet glos.in c.duo sunt.10.verbo videbatur 96.dist.& tradit Abb.in c.1. de iudicijs.nu. 10.& ibi Ripa.nu.29.Couarru.qui neminem refert in c.alma mater. 1. par.§.9.nu.3.versic.est tamen obseruandum, & Didacus Perez Hispanus,in.l.1.tit.5.lib.8.ordinam.pag.172.col.1.Franciscus Suarez de censuris. disp. 18. sect.3. nu.30. Francus in d.c.qua fronte.nu.5.& ibi Præpositus. 7. et 8. vbi dicti Francus, et Præpositus post Innocen.in d.c. ex parte. 23. nu.4. de verbor.significat.dicunt, sat esse ad excommunicationem ferendam, quod monitio sit iudicialis, vel extraiudicialis, et habetur in c.certum.11.q.3.gloss.in c.Episcopi.ead.cau.et q.

9 Ex supradictis colligitur vera ratio,quare ad excommunicationem sit necessaria monitio, videlicet quia sine ea, quis contumax dici non potest, vt in c.honoratus 8.versic.*proinde* et versic. *quem si etiam*; vbi notat gloss. verbo *tot scriptis*. 84. dist.gloss.in c.si quis ex potentibus.verbo,*scriptura* 24.q.3. et cum contumacia sit causa formalis excommunicationis, necesse est quod præcedat monitio,vt possit esse contumacia.

10 Ex supradictis etiam infertur vera resolutio circa casus in quibus Canon imponit excommunicationem ipso iure plures congessit gloss. in Clem. 1. de senten. excom. & in c.eos eod.tit. lib.6. Hostiens. in summa eod. tit. Ancharanus c. reprensibilis. nu. 1. de appellat.Lucas de penna. in.l. contra publicam.C.de re militari lib.12.& Regia nostra lex.2.tit. 9. pag.1.& copiosissime Nauarr.in Manuali c.27.in quibus non deficit monitio; nam cum Canon aliquid prohibet sub excom.ipso iure incurrenda,eo ipso in ea prohibitione ex vi necessaria antecedētis iuxta.l.1.de iurisd.omniū iud.videtur in

esse

esse monitio, lex enim semper loquitur, & monet, vt in.l. Ariani. C. de hæreticis, vt in specie obseruat Perez d.pag.172. & præsentit Suarez dicta disput.18.sect.3.nu.28. 29.& 30.& disput.3.lect.8.nu.3.disput.4.sect.5.& docet Couarru.d.c.alma mater.1.par.§.9.nu. 5. versic. trina vero monitio. & Borgasius de irregularitate.6.parte c.de excomunicat.§.pro quo peccato debeat quis excommunicari. & inquit Victoria in summa, tractatu de excommunicat. nu.6. in fin. quod tales iã sunt admoniti ab ecclesia, & a lege Christi prohibente talia crimina, & ista est sufficiens admonitio, & tradit Soto in 4. distin.22. q. 1. art. 2. conclus. 3. quæ ratio, cessat quando lex simpliciter sine censura aliquid prohibet, aliter autem quando cum ea: nam cum lex futura respiciat, vt in l.leges sacratissimæ S.C.de.ll.adijciendo prædictam pœnam, talis censura est conditionalis, videlicet si aliter fecerint, quam lex præcipit, & ita præceptum conditionale habet vim monitionis, sicut quando Iudex aliquid futurum prohibet sub censuris ipso facto incurrendis; nam tale præceptum habet vim monitionis, vt per Couarru.1.par. in c.alma mater, §.10.nu. 4. & 5.& habetur in c.a nobis 21.de sentent.excommunic.& in c. 2. de constitut.lib.6.

Et sic non recte distingunt DD. inter excommunicationem ipso iure prolatam a lege, & prolatam ab homine, vt in hoc casu sit necessaria monitio, non vero in illo; nam verius est in vtroque casu necessariam esse monitionem, hoc autem interest, quod in dispositione hominis est necessaria expressa, & explicita monitio, in dispositione vero legis implicita seu extraiudicialis.

11 Est igitur primum requisitum iustæ excommunicationis, vt præcedat monitio ad hoc, vt delinquens constituatur in contumacia, quæ necessaria est, eadem monitio necesse est ad imponendum interdictum, & suspensionem c. reprehensibilis.26.de appellat.Nauarr.c.27.nu.165.c. quanquam.de censib.lib.6.c.indigne.12.q.2.illius (inquam) cuius culpa imponitur, de quo in c.si sententia.11. de senten. excom. lib. 6. tex.in c.statuimus.3.c.venerabilibus.7.c.constitutionem.9. c.

statu-

ſtatutum. 13. de ſenten. excom. lib. 6.

12 Secundum requiſitum eſt, vt monitio ſit trina, vel vna pro omnibus, cum aſſignatione trium terminorum, vt ſtatuit Concilium Lugdunenſe ſub Gregorio Decimo in c. conſtitutionem. 9. §. ſtatuimus. de ſentent. excom. in 6. & in c. de illicita. 6. §. quicunque 24. q. 3.

13 Tertium requiſitum eſt, vt ſit perſonalis; nam licet alias citatio ad domum ſufficiat, vt in. l. ſcire debemus. §. qui autem de excuſat. tutorum. & c. cauſam. de dolo, & contumacia. cum late adductis a Tiraquello de retractu Linagier, §. 9. verbo, *a ſon domicile*: gloſ. 2. Veruntamen, cum excommunicatio fiat ad correctionem, neceſſe eſt, vt in perſona monitio fiat. docet Innoc. in c. fin. nu. 3. & ibi Abb. nu. 14. de eo qui mittitur in poſſeſſion. cauſa rei ſeruandæ. cum adductis a Tiraquello d. loco nu. 4. Rota deciſ. 1. in nouis. nu. 4. de ferijs, & deciſ. 11. in nouis. de dolo, & contumacia.

14 Quod tamen eſt intelligendum, niſi latitet, vel ſubterfugiat perſonalem monitionem, vt per Innocen. vbi ſupra, & habetur in c. quoniam frequenter. §. 1. vt lite non conteſtata: & præterea, licet nõ ſit pſonaliter citatus, ſat eſt, quod citatio ad eius notitiã perueniat, cum propter metum, aut potentiam citandi, non poſſit perſonaliter fieri; nam tunc ſufficit, quod citatio fiat in loco publico, aut in pluribus locis publicis, vt præſumptio, vel veriſimilitudo ſit, quod citatio perueniet ad illius notitiam, vt in d. deciſ. 11. & tradit Felynus in d. c. cum ſit Romana. nu. 24. & probatur in Clem. cauſam. verſic. quod ſi forſan, & verſic. verum, de elect. ibi, *Verum ſi propter appellati aut ſuorum metum, vel potentiam intimatio fieri nequeat (vt præfertur) appellationem eandem, in loco aliquo publico, ſic ſollemniter volumus publicari, quod ad appellati ſeu eius procuratoris notitiam poßit veriſimiliter peruenire*. & ibi gloſſ. verbo. *loco aliquo*. & tradit Couarru. in d. §. 9. verſic. ſecundus eſt, & verſic. tertius, & habetur in d. deciſione. 1. de ferijs, & tradit Suarez de cenſuris diſp. 3. ſect. 11. nu. 6. Eſt & alia declaratio, in qua
15 non ſit neceſſaria perſonalis monitio, videlicet, quando profertur excommunicatio generaliter contra perſonas, quæ

 commi-

commiserunt aliquod delictum; nam cum personæ ignorentur, non potest eis personaliter fieri monitio, & tunc sat erit si fiat in loco publico, vt ad earum notitiam perueniat: vt docet Suarez d. sect. 11. nu. 4. & in d. decis. 11. de dolo, & contumacia, & in d. decis. 1. de ferijs.

16 Denique si quis semel in persona fuerit monitus, sat est vt postmodum possit citari per edictum, & in ipso Tribunali excommunicari, vt in d. decis. 1. de ferijs. nu. 4. & tradit Felynus d. c. cum sit Romana. num. 24. in fine Couarru. d. §. 9. nu. 4. versic. *secundus est*. Hæ omnes declarationes conferunt ad rem, de qua agimus, vt modò dicemus.

17 Quartum requisitum est, quod sententia excommunicationis feratur in scriptis, vt in c. 1. de sent. excom. in 6. & tradit Suarez disp. 3. sect. 13.

18 Quintum requisitum est, vt feratur excommunicatio ex causa rationabili probata iudicialiter, vt in cap. nemo. 11. ibi, *ante quam causa probetur*. 2. quæst. 1. & per totam illam primam quæstionem, vbi multis authoritatibus probatur, quod nullus sine iudiciali ordine damnari valeat, & in d. c. sacro. 48. §. caueat de sentent. excom. ibi, *absque manifesta, & probabili causa*. vbi gloss. verbo *rationabili* dicit coram ipso probata: & tradit Innocen. in c. proposuit. de concess. præben. nu. 6. Nauarrus in Manuali c. 27. nu. 10. & 11. & in c. cum contingat octaua causa nullitatis, etiam si causa aliter sit nota iudici; nã debet ei constare iudicialiter, & iuridice, vt habetur 2. q. 1. per totam, & tradit Suarez de censuris. disput. 4. sect. 7. nu. 4. & sic in sententia excommunicationis debet exprimi causa, propter quam fertur, ibi, *quam in ipsis sententijs exprimunt*, d. c. Romana. §. caueant de sentent. excom. in 6. & in c. 1. §. quisquis. eod. tit. vbi gloss. verbo *causam* ponit formulam, qualiter debet fieri hæc expressio.

19 Sextum requisitum est ad hoc, vt obseruetur interdictum, & euitentur excommunicati, necesse est, vt fiat publicatio: vt in extrauaganti ad vitanda scandala, & quod à populo recipiatur; nam sicut lex non publicata, nec recepta non obligat, vt in Auth. vt nouæ factæ constitutiones. & tradit

glosſ.

gloss. in.l. rem non nouam §. patroni C. de iudicijs. quæ est communis, vt per Couarru. variarum resolutionum lib. 2. c. 16. nu.6. versic.5.Suarez. disput.4. de censuris sect. 6. nu. 7. ita nec excommunicatio, nec interdictum. Hoc argumento vtuntur nonnulli Theologi, qui tuentur leges Venetas, dicentes interdictum Sanctissimi D. N. non esse legitime publicatum in Ciuitate Veneta, ac proinde non obligare, de quo.j.

20 Hic autem expendere necesse est, an supradicta requisita adeo sint de forma substantiali excommunicationis, & interdicti, vt his omnibus, vel aliquibus omissis, censura sit ipso iure nulla.

A monitione autem, quæ præcipua est incipiendo, dico (iuxta communem Canonistarum sententiam) quod ea omissa tenet excommunicatio, licet sit non ritè lata, & contra ordinem iuris: hanc opinionem tenet gloss. in d. c. sacro. verbo *poßit*, & verbo *iuxta*, gloss. in summa, verbo, *sed ponatur*. 11. q.3. glos. d.c. Romana. §. porro, verbo iniustas. glos. in c. Episcopus 65. 11. q. 3. Abb. d. c. sacro. nu. 9. & ibi reliqui DD. Felynus in c. cum sit Romana. nu. 19. & in d.c. sacro. nu. 3. Rota decis.7. in nouis. de sentent. excom. & decis. 10. in antiquis eod. tit. & decis. 51. de appellation. in nouis. nu. 3. Decius c. reprehensibilis. nu. 15. ibi Francus. nu. etiam. 15. de appellat. & est communis opinio, vt asserit Couarru. d. c. alma mater. 1. par. §. 9. n. 7. & 8. vbi agit, an idem sit in sententia Iudicis delegati. Et etiam est communis opinio Theologorum in 4. distin. 8. vt testatur Magister Fr. Petrus Ledesma in summa. 1. parte c. 3. de excommunicatione, versic. *digo lo sexto para declarar esta duda*. pag. 731. & cã sequitur Nauarrus c. cũ cõtingat. quinta causa nullitatis. nu. 4. vers. ex quibus & octaua. causa nullitatis. nu. 4. & in Manuali c. 27. nu. 8. & 10. versic. 6. & eam dicit communem, teste Suarez de cẽsuris, disput. 3. sect. 12. n. 2. & sequuntur plures, quos refert Anton. Gabriel. lib. 2. tit. de citationibus, concl. 1. nu. 155.

21 Pro qua opinione Canonistarum est tex. apertus in d. c. sacro. §. caueat. vbi dicitur talem excomunicationem esse

iniustam, & ab ea excommunicatum esse absoluendum. Secundo probatur in c. statuimus 3. de sentent. excommunic. in 6. per locum ab speciali, vbi dicitur esse speciale, vt excommunicatio lata in participātes cum excommunicatis non teneat, monitione non permissa; & ibi notat glos. verbo *nō teneat* & in c. constitutionem 9. eod. tit. vnde bene cōsuluit dominus Couarru. quod cum valeat illa excommunicatio, erit necessaria absolutio, vt in d. c. sacro. §. caueat: monetque Lectorem, vt eam reuerenter timeat, ac sollicite, & diligenter curet se ipsum ab ea absolui potius quam contumaci animo eius viribus refragari. & tradit etiam Guttierez lib. 1. Canonicarum quæst. c. 4. nu. 4. nā si esset nulla quoad Deū, & quoad ecclesiam non esset timenda; neque contemnentes eam peccarent mortaliter, vt post Cordubam, Syluestrum; & alios docet Guttierez d. c. 4. nu. 37. videatque taliter excommunicatus ne ex contemptu teneatur, vt habetur in c. qui iustus. 10. q. 3. ibi *ne superbia ligetur.* Soto in 4. dist. 22. q. 1. art. 3. vers. 2.

Sed hanc communem sententiam Canonistarum, & tex. in
22 d. c. sacro intelligit Victoria in summa, tractatu de excommunicatione. nu. 6. quando prætermittitur monitio, quæ trina est, de qua loquitur ille tex. Cæterum vnam monitionem dicit esse de essentia excommunicationis, ita quod si quis excommunicaretur ante quam esset admonitus, excommunicatio non teneret, quem sequitur Suarez disp. 3. sect. 12. nu. 3. Sotus in 4. dist. 22. q. 1. art. 2. conc. 3. quorum opinio videtur probari ex sententia glossæ, & Baldi ibi. l. fin. n. 1. C. de legibus. vbi *dicūt, quod Princeps non potest tollere citationem, quæ est de iure diuino videlicet ad faciendas defensiones, secus de citatione ad sententiam,* Afflict. decis. 1. 3. dubio. Anton. Gabriel, lib. 2. tit. de citationibus concl. 1. nu. 34. *Nam coram Principe* (vt inquit Baldus in d. loco) *requiritur examinatio, & ventilatio veritatis*, quæ est de iure gentium, vnde licet solemnitates legales non teneatur Princeps obseruare; obseruantia tamen de iure gentium non debet deesse, quia pertinet ad naturalem æquitaté, et hoc est quod dicit d. l. fin. *si Imperialis Maiestas causam cognitionaliter examinauerit.* & hæc nullitas ex defectu citatio-

tatio-

tationis, nunquam censetur exclusa, nec à Principe tolli potest, vt in Clement. Pastoralis. §. cæterum de re iudicata, cum latè adductis a Sebastiano Vancio de nullitatibus, rubrica de nullitate ex defectu citationis. nu. 9. Et quamuis hæc opinio æquior videatur, nequis inauditus iudicetur, vt in c. nos in quenquam. 2. q. 1. et per totam quæstionem, tamen opinio Canonistarum generaliter loquitur, et tex. in d. c. sacro. generaliter, et indefinite disponit. Sed communem opinionem limitat Nauarrus d. c. cum contingat 8. causa nullitatis. nu. 4. et in Manuali Confessariorum c. 27. nu. 10. versic. quod adeo verum est, quando excõmunicatio est lata in monitorio nullo, de quo modo non agimus.

23 De summo autem Pontifice, an in ferendis censuris debeat hanc canonicam monitionem seruare absque eo quod peccatum incurrat, vt alij Iudices incurrerent in d. c. sacro. et censura ab eo lata sit valida; quæstionem hanc ponit Suarez d. tractatu de cẽsuris disp. 3. sect. 8. n. 7. vbi dicit iuxta superiorem sententiam Victoriæ, quod Princeps tenebitur seruare eam monitionem, quæ de iure naturali est necessaria, ne quis inauditus damnetur, alteram autem, quæ est de iure positiuo, quod hoc, vel illo modo fiat admonitio, nempe trina ex ratione directiua, et proportionabili capitis cum corpore, debet obseruare, et sine causa non potest illam prætermittere, vt in c. in causis. 19. in principio, de re iudicata; Nam et si Princeps legibus sit solutus, vt in. l. Princeps legibus 31. ff. de legibus; tamen ex debito honestatis debet leges obseruare, vt in. l. humanum 8. C. eod. vbi Baldus in principio; ex causa vero poterit hunc ordinem prætermittere, et etiam omnem monitionem supposita grauitate delicti, et publica facti inobedientia, vt infra dicemus. Nam de intrinseca ratione non est, vt propter contumaciam solam feratur; quin etiam posset ferri propter simplex delictum, de absoluta Principis Potestate, vt in d. c. in causis, ibi, *nisi forte cum aliquid (causa necessitatis, & vtilitatis) dispensatiue duxerit statuendum*. Vnde sentẽtia Principis

24 quæ fuit lata audita parte (prætermisso iuris ordine) valet, vt per Bald. d. l. fin. et per Abb. d. c. in causis in principio. Idem

Abb.

Abbas.c.cum olim 12. nu. 25. de re iudicata. Felynus d.c. in causis.nu.6.cum sequentibus: et trina citatio non est de substantia, Guttierrez practic.quæst. lib.1.c.4.n.4.Soto,in 4.dist.

25 22.q.1.art.2.conc.3. At vero circa citationem personalem, dicimus, quod sunt multi casus, in quibus Papa illam prætermittere potest, de quibus infra, qui adaptari possunt ad rem, de qua agimus.

26 De quarto requisito, quod feratur in scriptis, quod non sit de substantia, omnes DD. superius citati in prædictis requisitis agnoscunt, et Suarez disput.3. sect. 13. Nauarrus. c. 27.nu.8.

27 Circa quintum requisitum, quod excommunicatio feratur causa cognita, maior dubitatio est, an teneat excommunicatio, quando causa fuit iniusta; nam Canonistæ sunt in opinione censuram esse validam, licet causa sit iniusta: de quibus supra in secundo §. Theologi tenent contrarium, vt per Suarez disp.4.sect.6.&c. qua in re aliqui casus sunt constituendi. Primus, quando causa est vera, & sufficienter probata. Secundus est, quando causa iusta est, non tamen legitime probata. Tertius, quando causa non est vera, aut iusta, nec probata. Quartus, quando causa est iniusta, aut falsa, est tamen probata. Quintus, quando causa est dubia.

28 In primo casu nulla dubitatio est, quod sententia teneat, & circa istum casum est aduertendum, prout modo diximus, quod quando Papa cognoscit de aliqua causa (si modo partem audiat) non arctatur ad obseruantiam iudiciarij ordinis, dummodo sit instructus de causa. Innocen.in d. c. in causis. Bald.in c. 1. de forma fidelitatis. Felynus d. c.in causis. n. 7. & ideo potest iudicare secundum conscientiam, omissis actitatis, & probationibus. Bar.receptus in.l.1.vt quæ desunt aduocatis, & probatur in c. cum inter Rodericum de electione, iuxta explicationem Innocen.ibi verbo, *coegit inuitum*, vbi dicit, quod *Papa coegit illum propter mala, quæ sciebat de ipso, quæ probari non poterant*, & tradunt Canonistæ in. c. pastoralis. §. quia vero. de officio delegati. & Couarru.lib.1.resolut.c.1.n. 7.versic.3.cum a nobis superius adductis.

In

29 In secundo casu, quando causa excommunicationis est vera, non tamen probata, dico quod tenet excommunicatio: nam non habet intollerabilem errorem in forma, & figura sententiæ, sed læditur ius partis, & tunc valet sententia, licet iniusta, glos. recepta in c. inter cæteras 9. verbo, manifestam. de senten. & re iudic. & in c. per tuas 40. §. nos igitur, verbo, intollerabilem. de sent. excom. licet sit iniusta ex defectu causæ, seu ordinis, vt per gloss. in c. Episcopus. 45. §. si ergo. 11. q. 3. quicquid contradicat Suarez disp. 4. sect. 7. nu. 4. & cum sit
30 adhibita causæ cognitio, licet non sit probatum, sententia tenet; nã probationes non sunt de substantia iudicij, sed de ordine, vnde sententia lata sine probationibus valet. Bart. in l. prolatam, in fine, & ibi DD. C. de sententijs. & transit in rem iudicatam si non appelletur, vt in c. cum inter. c. sicut de re iudicata. & est magis communis opinio, teste Ioanne Imola in c. cum in iure. de officio delegati. cum adductis a Sebastiano Vancio de nullitatibus, rubr. de nullitate sententiæ ex defectu processus. nu. 38. & 39.

31 In tertio casu, quãdo causa excõmunicationis nec est vera nec probata, hoc casu maior dubitatio videtur, an teneat sententia, & quãuis in foro interiori sit cõtrouersum, vt per Suarez disp. 4. sect. 7. tñ in foro exteriori videtur valida, vt p glos. in d. §. Si ergo. & tradit Couar. c. alma mater. 1. par. §. 11. n. 14. vers. ego sane Suarez d. sect. 7. nu. 37. quia hæc sententia nõ continet errorẽ intollerabilem, vt dictum est in secundo casu.

32 In quarto casu quando causa excommunicationis est iniusta, aut falsa, & tamen est legitime probata: hoc casu tenet sententia; quia Iudex iuste iudicauit secundum allegata, & probata, vt in c. venerabilibus 7. §. porro. vers. similiter. de senten. excom. lib. 6. & est opinio Innocentij, & Abb. in c. P. & G. de officio delegati. glos. in c. 1. verbo, præterquam. de sent. excomm. in 6. DD. in c. ex parte. de officio ordinarij. & est communis, teste Couarru. d. c. alma mater. 1. par. §. 7. nu. 5. & §. 11. n. 11. vers. illud vero non est omittendũ, & n. 14. in principio, & versic. 2. & eam sequitur Rota decis. 7. de sent. excõ. in nouis, & probatur hæc opinio ex supradictis in 2. & 3. casu,

quia

quia licet sit iniusta hæc sententia, non tamen continet errorem manifestum, vt in c. cum venerabilis 6. §. intelligimus, ibi *cum falsorum instrumentorum prætextu*, vbi. gloss. verbo *veritate comperta*. de except. & hanc sententiam probat etiam Pater Ledesma in summa. 1. par. c. 4. de excommunicatoine versic. *digo lo segundo*. pag. 736. & pro hac opinione allegatur D. Thom. in 4. dist. 18. q. 2. art. 1. quæstiuncula 4. quem sequuntur Paludanus. Durandus, Antoninus, Guillermus Parisiensis, & Fr. Antonius Corduba, quos refert Suarez disp. 4. sect. 7. nu. 9. quia in hoc casu, clauis non errauit, cum sit iudicatum secundum allegata, & probata; vnde taliter excommunicatus in foro exteriori tenetur se abstinere, quia, vt inquit Suarez. nu. 14. *Oppositum cederet in contemptum Clauium ecclesiæ; cum in publico eius præceptum sit iustum, & excusatio sit occulta. Vnde etiam manifestum est oriri in conscientia obligationem ad seruandam censuram hoc modo, & quoad hanc partem, quia sic excommunicatus peccaret si publice Missam audiret, aut Eucharistiam sumeret: vt omnes docent*. Hactenus Suarez. Vnde etiam qui eam excommunicationem non seruaret, incurreret pœnas a iure latas contra violantes censuras, vt docet Couarru. d. §. 7. nu. 7. conclus. 4.

33 In quinto, & vltimo casu, quando dubitatur, an sit iusta, vel iniusta excommunicatio, standum est sententiæ, quia præsumptio stat pro sententia, vt in specie docet Magister Ledesma d. c. 4. de excommunicatione. versic. *dico lo primiero*. pag. 725. Sotus in. 4. dist. 22. q. 1. art. 3. versic. *secundo modo*. Nam declarare an excommunicatio sit legitime lata, spectat ad iudicem ecclesiasticum, vt in Concilio Triden. sess. 25. c. 3. §. nefas autem sit, & tradit Ioannes Franciscus Leo in thesauro fori ecclesiastici 3. par. c. 38. nu. 72. & ante eum Caietanus 2. 2. q. 70. art. 4. in responsione ad secundum. Soto d. art. 3. conclus. 4.

34 Et ne aliquibus forsan videatur nos in his quæstionibus Canonicis, & Theologicis longam moram contraxisse, aduertant (obsecro) id a nobis consulto fuisse factum propter nonnullas propositiones, quæ in libris a Theologis Venetis

tis nuper emissis continentur, in quibus asseritur, quod Serenissima Resp. non peccat, non obseruando censuras, & interdicta Apostolica, quia sunt nulla ob non seruatum ordinem a Canonibus præscriptum; quæ sententia a nobis superius impugnata, est cum prætermissio ordinis iudiciarij non sit de forma substantiali, sed accidentali excommunicationis, quæ prætermitti potest, vt per Socc. in l. 1. nu. 9. & 10. de liber. & posthumis, nec reddat excommunicationem nullam, etiam

35 si sit iniusta, & falsa. Et talis excõmunicatio obliget etiam in foro interiori, vt cum D. Thoma tenent Theologi, vt tradit Magister Ledesma in summa. 1. par. c. 3. de excommunicat. vers. *digo lo septimo*. pag. 731. & plures relati a Suarez de censuris disp. 4. sect. 7. nu. 9. & licet in foro conscientiæ, vbi non adest scandalum, alij teneant contrarium; tamen quoad forum exteriorius omnes conueniunt cum Canonistis, quod tenet excommunicatio, & est obseruanda.

36 Tum etiam necessarium fuit explicare sententiam D. Gregorij in c. sententia pastoris. 11. q. 3. propter octauam propositionem epistolæ missæ ad reuerendum amicum, in qua dicitur, quod non procedit in sententia nulla, qualis est lata a Sanctissimo D.N. nam licet vera sit propositio, quod sententia nulla non ligat in vtroque foro; tamen est falsa propositio, quod sententia excommunicationis a D.N. lata, sit nulla, vt superius satis probatum est.

Et etiam propter alium librum, cui titulus est, Considerationi sopra le censure &c. vbi in vers. *essendo adonque*, agit de interpretatione Diui Gregorij, & dicit idem quod dixerat in d. 7. & 8. propositione, videlicet, quod sententia D.N. est iniusta, & nulla sine causa, neque in veritate, nec in apparentia, & quod est notoriæ nulla, & quod sentẽtia D. Gregorij procedit quando sententia est iusta, & ex causa legitima, est tamẽ iniusta, quia Iudex malo animo, & intentione eã protulit: Si tamẽ sẽtẽtia est iniusta, sine legitima causa, neque in veritate, neq; in apparẽtia, tunc in vtroque foro nõ est timẽda, quod est cõmunis opinio Theologorum, & Canonistarum. Dicit prætere a, quod sententia iniusta propter manifestum errorem in

iure est nulla, & nec timenda in vtroque foro, & quod sententia, de qua agimus, est huiusmodi, quia Dux, & Senatus nullum peccatum commisere promulgando ipsas leges.

37 Et præterea in altero libro (cui titulus est, Trattato dell'interdetto) propositione 15. dicitur, quod excommunicatio, seu interdictum continens errorem intollerabilem, est iniustum, & nullum, nec debet obseruari, quia iniusta excommunicatio, non est excõmunicatio in vtroque foro, eaque inducunt ad excommunicationem Sanctissimi D. N. asserentes esse iniustam sententiam sine causa vera, nec apparenti, & quod continet errorem intollerabilem, ac proinde dicunt quod est nulla: quæ omnia ex superius a nobis resolutis, improbata sunt; nam censuræ D.N. sunt iustæ, in quibus concurrunt omnia requisita legitimæ excommunicationis, nempe potestas in excommunicante, peccatum, & inobedientia ex parte excommunicati, de qua per facti euidentiam, & notorietatem constat.

38 Tum etiam ordinem esse obseruatum a Sanctissimo, vt statim dicemus; Quinimo si censuræ essent iniustæ ratione causæ, intentionis, & ordinis, adhuc essent timendæ, vt supra dictum est, & tradit glos. in. c. si Episcopus. 65. §. si ergo. 11. q. 3. Nec continet errorem intollerabilem; nam ad hoc, vt sententia dicatur continere intollerabilem errorem, necesse est, quod in formula ipsius sententiæ sit intollerabilis error: vt si dicat excommunico te, quia non furatus es & alia similia, vel contineat expressum peccatum, vt tradit glossa recepta in c. per tuas. 40. verb. intollerabilem. & ibi Abb. nu. 11. de senten. excom. & Felynus. nu. 5. cum sequentibus, probatur in. c. venerabilibus. 7. §. potest quoque. ibi, *vtpote si asseritur in excommunicationis sententia intollerabilem errorem fuisse patenter expressum, idest aliquid sub vi præcepti, vel mandati aperte in ea contineri, quod communiter, vel in suo genere est peccatum.* de sent. excom. in 6. & in alijs exẽplis ibi positis. Caietanus. 2. 2. q. 70. art. 4. respons. ad secundum. intelligit locum D. Thomæ ibidem dicentis, *quod iudicium iniustum, non est iudicium, vt D. Thom. intelligatur in puris moralibus, in quibus tantum veritas*

atten-

attenditur, & non distinguitur inter iniustum, & nullum; Iuristæ vero distingunt quoad obseruantiam; nam sententiæ iniustæ est parendum, nisi contineat intollerabilem errorem, quia tunc erit nulla; quando autem est iniusta, hoc debet declarari a publica potestate, & ideo est appellanda, & in publico timenda: vnde iniuste excommunicatus in secreto (euitato scandalo) potest interesse diuinis, & celebrare non vero in publico, & hoc modo satisfit iudicio humano iudicandi quæ foris sunt, dum manifeste vident, quod non contemnitur ecclesiæ auctoritas. Hæc Caietanus. Soto in 4. dist. 22. q. 1. art. 3. conclus. 4. vbi dicit, quod ratione scandali, est ei obediendum in foro exteriori. ex quibus percipies quam male vtantur authoritate Diui Thomæ, Authores illius tractatus dell' Interdetto, proposit. 15.

Ex eo autem, quod lædat ius partis, non dicitur continere errorem intollerabilem, vt per glos. in. c. inter cæteras. 9. de senten. & re iudic. verbo. manifestam. vers. *aliud est, cum lata est contra ius litigatoris*, quam ibi sequuntur communiter DD. sed necesse est, quod talis error oculo corporali in ipsa sententia cerni possit, vt in. l. si expressim. ff. de appellat. & in. l. 2. ibi, *tam manifesti iuris*. C. quando prouocare non est necesse. & in terminis excommunicationis habemus tex. in. c. solet. 2. de sentent. excom. in 6. in princ. ibi, *vel intollerabilem errorem in sententia fuisse patenter expressum*, cum adductis a Vantio de nullitatibus, Rubric. de nullitatibus ex defectu processus. nu. 122.

39 Tum etiam alia propositio eorundem Authorum, quod sententia iniusta sine legitima causa, nec in veritate, nec in apparentia in vtroque foro non est timenda: Hæc propositio non est vera saltem in foro exteriori, vt a nobis dictum est supra in tertio casu.

40 Et cum prædicti Authores falso præsupponant sententiam Pontificis esse iniustam, & nullam, ex ea etiam falso inferunt, quod clerici non tenentur obseruare interdictum, immo, quod si illud seruauerint, peccabunt mortaliter. Nam ex falsa propositione non potest colligi vera consequentia; & cum interdictum sit iuste interpositum omnes tenentur il-

lud seruare, vt in c.decernimus, 8.de senten. excommun. in 6.& in clem. 1.& 3. de senten.excommun.vbi imponitur pœna religiosis non seruantibus interdicta: domini quoq; temporales qui cogunt clericos in loco interdicto celebrare, sunt ipso iure excommunicati,reseruata absolutione Summo Pontifici,vt in clem.grauis.eodem tit.

Hi duo vltimi tractatus de licentia Domin. Inquisitoris Mediolanen. ad me peruenerunt, absoluta iam prima assertione, quibus cum per tempus licuerit, copiosius respondebimus.

42 Circa sextum requisitum,de publicatione interdicti legitime facienda,de qua,in d.Tractatu *dell'interdetto* propositione 1.& 2.dicitur in d.libro quod sicut lex non obligat,quæ a populo recepta non est,nec legitime publicata,vt in auth.vt nouæ factæ const.ita nec interdictum,nec excommunicatio non recepta,nec legitime publicata.

Est aduertendum,quod tunc lex non obligat,non quia populus illam non recepit, cui necessitas parendi est, sed ex ta-
41 cito consensu Principis,qui non cogit ad obseruantiam legis: vt docet Couarru.lib.2.resolut,c.16.nu.6.vers.quinto, & (eo non relato)Suarez de censuris disput.4. sect. 6. nu.7. Soto. 1. de iust.q.7.ar.2.D.Thom.1.2.q.97.ar.3.in fine.

At Sanctissimus D. N. expresse vrget pro obseruatione dicti interdicti,& excommunicationis, & sic ecclesiastici, & sæculares tenentur illud obseruare: nec obstat quod dicitur de Concilio Trid.de reforma.matrimonij.non recepto in aliquibus locis.nam ibidem præcipitur,quod in omni parochia publicetur: idq; speciale est: tum etiam quia id contingit ex tolerantia.S.S.PP.& causis iustis & rationabilibus.

43 Quod autem sit legitime publicatum,& quod D. N. in ferendis censuris,& interdicto, ritè iuxta iuris ordinem processit. Primo probatur.

Nam de mense Octobris de 1605.agens Sanctissimus cum Oratore ordinario SerenissimæReipub.conquestus est de prædictis legibus latis contra libertatem ecclesiasticam, & de carceratio ne Clericorum, imposuitq; illi, vt notum faceret

Reipub.se velle, vt dictæ leges sint annullatæ, quod fecit Orator, & ex ordine Senatus egit cum Pontifice de iustitia dictarum legum, & de potestate Reipub. ad illas ferendas, & audito Oratore iterum Pontifex declarauit se velle mittere monitorium, vt Respub. pareret eius præcepto: & de hoc, & de rationibus Reipublicæ multoties conquestus est cum dicto Oratore.

Et decima die Decembris del 1605. expedita sunt duo monitoria, vnum pro reuocandis dictis legibus, & alterum pro excarceratione prædictorum Clericorum, misitq; dicta monitoria Nuncio Apostolico Venetijs commoranti, sed pro tunc Nuncius distulit ea notificare, eo quod ipsi Veneti dicebant quod volebant super hoc mittere Oratorem specialem ad Sanctissimum D.N. & deniq; dictus Nuncius Apostolicus in Senatu produxit prædicta monitoria sigillata, quæ pro tunc non fuerunt aperta, sed mortuo Duce Grimano, & electo d. Duce Leonardo aperta sunt, in quibus sua Sanctitas declarauit nullitatem dictarum legum, & quod erant contra libertatem ecclesiasticam, & quod statutores erant nodati censuris ecclesiasticis, & præcipiebat sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quod dictæ leges reuocarentur, & cancellarentur, comminando quod propter inobedientiam ad vlteriora procederet.

His monitorijs respondit Senatus Pontifici 28. Ianuarij de 1606. quod prædictæ leges erant antiquæ, & iustæ, & quod ipsi poterant illas facere & quod iuxta admonitionem suæ Sanctitatis ipsi viderunt leges nouas, & antiquas, in quibus non erat aliquid, quod non possit statui per Principem sæcularem, & quod ipsi in nullam censuram incurrerunt, nec credebant quod sua Sanctitas vellet in sua excommunicatione persistere. Hæc sunt quæ ipsi fatentur in dicto libro intitulato, *Considerationi sopra le censure*.

44 Ecce causæ cognitionem, quam D.N. adhibuit audita Republica, de qua cum constet per confessionem partis, de ea non est dubitandum, cum nulla sit maior probatio, quam ea, quæ ex confessione partis constat, vt per gloss. receptam in

Auth.*sed iam necesse* C.de donation.ante nuptias. Nec tenetur Summus Pontifex causæ cognitionem iudicialiter adhibere,sed satis est extraiudicialiter id fieri vocata parte,vt post Bald.in l.fin.C.de legibus,& post alios superius diximus.

45 Quod autem illa monitio fuerit trina, & iuxta Canonicas Sāctiones,patet,Primo. Quia actus semper præsumitur factus iuxta iuris formam,vt in l.quæro.54.§.inter locatorem.ff.locati.& tradit Alciatus de præsumption.Regul.3.præsumptione.32.nu.1.Aimon Crauetta consilio.61.nu.8.& doctiss.Menochius de præsumption.lib.3.præsumptione.14.n.8.Et præsumptione.38.nu.1.cum sequentibus.

46 Secundo probatur ex secundo monitorio dato 17. Aprilis 1606. ibi,*Cumq; etiam Dux, & Senatus prædicti post plures paternas nostras monitiones a multis mensibus citra,eis factas, adhuc decreta, & edicta præfata non reuocauerint, ac eosdem Canonicum Saracenum, & Abbatem Brandolinum carceratos detineant*, &c. Vbi verbum *plures monitiones*, plusquam duas demonstrat,vt per Panormitanum.c.ad nostram.de rebus ecclesiæ.Alex.in l.si quis post tres,si quis cautionibus. & ita est
47 intelligendum dictum verbum *plures* circa subiectam materiam,vt in l.veluti.§.1.de edendo.& bene colligitur ex mente Summi Pontificis,vt per Dominicum in c. cum plures.de officio delegati.& propter geminationem verborum ibi, *plures*, & ibi,*a multis mensibus*. Bart.in l. si gemina.ff.arborum furtim cæsarum,Romanus. cons. 499. & cum verba sint accipienda circa subiectam materiam, vt in l.1.§.diuus. ibi, *ex re constituendum est*. ff. de sicarijs. & in l.interdum.ff. de verbor.obligat.gloss.in c.latores.de clerico excommunicato. Ioannes de Terra Rubea,contra rebelles Regum art.10.tractat.3.vers.an autem.concl.7.& Simus in materia excommunicationis, merito verbum *plures*, & verbum *multis* debet intelligi ad minus de tribus.

Et cum testetur de proprio facto, est illi credendum, vt in clem. 1. de probationibus.cum latè adductis per Gabrielem, lib.1.concl.tit.de probationibus.concl. 2. Et cum ea narratio constet ex instrumento publico, est probatio probata, vt per

Mascar-

Mascardum de probation.concl. 907. verbo instrumentum.

48 Et in specie, quod Papæ dicenti se aliquem citasse, est credendum, & præsumitur citatus. Milles in Repertorio, verbo Papa in causis. Felyn. in c. in causis. n. 9. de sent. & re iudic.

49 Tertio probatur, nam cum de stilo ordinario Curiæ soleat apponi dicta clausula Trinæ monitionis, præsumendum est fuisse appositam, vt in l. quod si nolit. §. quia assidua de ædilit. edicto. ibi, *ea enim quæ sunt moris, & consuetudinis, in bonæ fidei Iudicijs debent venire.* gloss. recepta in l. fin. C. de codicillis. cũ latè traditis a Mascardo concl. 300. verbo clausula, *alias litteræ præsumerentur falsæ*, vt in c. quam graui. 6. de crimine falsi.

50 Quod si dixeris verbum plures, de quo in monitorio in duabus vicibus verificari, vt in l. vbi numerus. ff. de testibus. respondebo tibi, vnam sufficere in Summo Pontifice monente, nec teneri ad tres, cum sit trina monitio iuris positiui, vt superius a nobis explicatum est, vbi etiam diximus sufficere monitionem esse extraiudicialem, sed in casu nostro cessat omnis difficultas, quia in monitorio Pontificio adest trina monitio cum termino octo dierum pro singula monitione: & in claris non est opus coniecturis. l. ille, aut ille. ff. de legat. 3.

51 Vides causæ cognitionem, & monitionem? accipe etiam eam fuisse personalem, vt cõstat ex prædicta narratione, quod dicta monitoria fuerunt lecta in Senatu; fuit etiam lata in scriptis, & cum expressione causæ, vt constat ex dicta narratione.

52 Et cum fuerint personaliter citati, non est necessaria alia citatio personalis, sed sufficit per edictum, vt possint excommunicari, vt diximus supra in tertio requisito necessario ad ferendam excommunicationem.

Sed esto quod omnia supradicta cessauerint, excommunicatio non esset nulla, cum prædicta requisita non sint de forma substantiali excommunicationis, sed de forma accidentali (etiam nulla præmissa monitione) iuxta communem de qua in c. sacro. de sentent. excommun. de quo superius actum est.

53 Sed iam properemus ad monitorium datum. 17. Aprilis.

1606

1606.circa quod dicimus, Primo quod Sanctiss. potuit illos excommunicare absque noua monitione, cum sufficeret præcedens monitio, de qua in dictis primis monitorijs, quæ fuit facta prope finem anni. 1605. vel in principio huius præsentis anni. Verum voluit Sanctissimus Pontifex benignius cum illis agere, iterumque illos monere iuxta formam traditam ab Honorio Tertio in. c. grauem. 53. de sentent. excommun.

54 Secundo dico, quod sunt plures casus, in quibus Sanctissimus Pontifex potest procedere ad sententiam excommunicationis absque eo, quod præcedat aliqua monitio, quos regula lesbia huic quæstioni adaptare potest.

. Primo quando procedit contra occupantes iniuste bona, & terras ecclesiæ Romanæ, vt fecit Vrbanus Pontifex contra Spoletanos,qui de facto occuparunt certam terram ecclesiæ, vt docet Hostiensis,Felynus & alij, in c. cum olim.de sententia,& re iudicata. nu.49. & iustius poterit excommunicare occupantes iurisdictionem ecclesiasticam, & statuentes contra libertatem ecclesiæ.

55 Et in processu Principis quando procedit ex iusta causa, non est necessaria citatio, nec monitio, vt per glos. in.l. antepenul.C.in quibus causis maior. Bal. in. l. cessante. nu. 1. C. quomodo, & quando iudex. vt in exemplo supra posito,nam potest contra illos de facto procedere,vt docet Ancharr.cons.
56 277. col. penul. & cons. 429.Et ratio est, quia huiusmodi occupatores nullam iustam possunt habere defensionem, quo casu contra illos procedi potest absque monitione, vt docet Ioannes Andreas in c.2.vers.Præsidentes.de noui operis. quem sequuntur plures relati a Gabriele.lib.2.tit.de citationibus concl.1.nu.332. Nam, & si comparuissent non potuissent legitime contradicere, sed friuole; essetque eorum ratio a Sanctissimo Pontifice reijcienda: quo casu non est necessaria monitio, nec citatio. vt per Abb. & Felynum in c.dilecti,col.8. vers. *nunquam obliuiscaris de exceptionibus*. idem Felynus.c.cum olim.nu.48. de senten. & re iudicata. & confirmatur hæc opinio ex doctrina Innocentij in.c. venerabili.

24 de

24. de censibus. nu. 3. & 4. vbi dicit, quod si Episcopus turbatur in iuribus Episcopalibus, sicut potest se armis materialibus defendere, ita, & armis spiritualibus, quæ sunt propria arma clericorum c.visis.16.q.2.c.corripitur.25.q.3. Nec est necessaria monitio, quia procedit tanquam pars sua iura defendendo, & Innocentium sequuntur Ioann. Andreas, & Dominicus in c. delicto.verbo, *defensare*.de sentent.excomm. in. 6.Felynus in c.sacro.4. limitatione.de senten.excom. Decius in c.reprehensibilis.de appellat.nu.11.Lapus allegat.73.incipienti Prælatus Regularis. Butrius in d.c. venerabili. & videtur probari in d.c.dilecto.6.vers.& quoniã.& in c. venerabilibus 7.§.porro.vers.similiter.de sentent.excomm. licet contrarium teneat Couarr.§.9.n.6.& Suarez disp.3.sect.8.nu. 8. 9. & 10.

57 Secundo prædicti statutarij sunt ipso iure excommunicati, vt dictum est in.§.2.& quando quis est ipso iure excommunicatus, potest iterum ab homine excommunicari, vt habetur in c.ita quorundam 6.§.tales.de Iudæis. vbi notat glos. verbo crebris, & solemnis, & ibi notant DD.& Nauar.glos.vltima, & Didacus Perez in.l.1.tit.5.lib.8.ordin.pag.180.col.2.etiam nõ præmissa monitione, vt probat Alexãder Tertius in Cõcilio Lateranensi, & habetur in c.reprehensibilis.26.de appell: vbi in principio ponitur regula, *quod excommunicatio non potest proferri, nisi præmissa citatione, & statim ponitur exceptio.* ibi, *nisi forte talis sit culpa, quæ ipso suo genere suspensionis, vel excõmunicationis pœnam inducat*, vbi gloss.verbo *ipso suo genere* dicit(*idest*)*ipso facto*.& ponit ibi aliqua exempla, in quibus ipso facto incurritur excommunicatio.& subdit glos. *Tunc enim possunt puniri sine admonitione, & sine pœna illius constitutionis. sacro*.quem textum ad hoc ibi notant, & dicunt esse textum apertum, vterque Abbas, Antiquus, & Panormitanus. 2. notabili.nu.6.vbi. nu.8. dicit, *sed ex hoc nota aliud mirabilius, quod excommunicatum a iure pro certo delicto, potest superior iterum excommunicare pro eodem delicto, aliter non iterato, nec contumacia aliter de nouo contracta vt hic clare colligitur, intelligendo illam dictionem nisi*, positam in tex. *proprie, & hæc lectura magis*

conuenit litteræ. Et accedit Francus ibi.nu. 8. & quam uis Hostiensis in d.c.reprehensibilis, intelligat illum tex. de declaratione excommunicationis ipso facto incursæ, & Couarru. c. alma mater. 1.par.§.9.nu.5.vers. *trina vero monitio.* Suarez de censuris disp.3. sect. 10.nu. 13. & 14. tamen hæc explicatio non conuenit litteræ, cum ibi dicatur, quod non proferat sententiam excõmunicationis, nisi canonica monitione præmissa, & sic non loquitur de sententia declaratiua, sed inductiua excommunicationis, & statim subijcitur exceptio *nisi. forte,* &c. quæ debet esse de regula, vt in.l.nam quod liquide de penu legata,& sunt pon deranda verba dictæ decretalis reprehensibilis, ibi, *vel excom municationis pœnam inducat*, & sic loquitur de noua excommu nicatione ipsius hominis non vero de declaratione exco mmunicationis ipso iure incursæ, nec alia explicatio eiusdem Didaci effugit verum intellectum ipsius decretalis, dum eam intelligit de trina monitione, quæ non erit necessaria, non tamen excludit, quod aliqua monitio debeat interuenire;nam & si verba illius decretalis,ibi,*nisi canonica monitione* videantur iuuare Didaci opinionem, cum canonica monitio sit trina, tamen in ea includitur prima monitio, & ita exceptio de qua in d. c. nisi forte. debet intelligi etiam nulla monitione præcedente, quod ibi præsentit gloss. verbo ipso suo genere, ibi, *sine monitione, idest sine aliqua.* & in eo sensu dixerunt esse singularem vterque Abbas, Francus, &
58 Præpositus,& Decius ibi,nu.7. & retẽto hoc communi intellectu est intelligendũ *quando notorie constat de facto, propter quod imposita est ipso iure excommuni catio.* vt ibi docent Francus. nu. 8.& ibi Decius. nu.9. atque ita illum tex. intellexit Romanus cons.482.in casu præmisso. vers. 3. dico. Nam, quando factum est notorium non est necessaria sententia declaratoria facti, vt in c. præposuit 24. in fine.de appellat. ibi, *nisi pro crimine adeo graui, & manifesto, quo ipso actu merito sit damnandus.* vbi notant Imola, & Præpositus. nu.6. & Andreas in d.c.reprehensibilis. quando factum est ita notorium, quod excusari non possit, vt docet Præpositus in c.peruenit. nu. 9. de appell.& ibi Francus. nu. 12. & ponunt exemplum in no-

torio clerici percussore: quoniã in notorio non requiritur sententia, vt in c.quoniam.de filijs præsb.& in c.vestra. de cohabit. clericorum.& in c.cum olim.de senten.excom.& ibi Felynus.nu.28.& 29.Tex.in c.illud.5.de clerico excommunicato ministrante. & ibi glossa verbo, non est notorium. vbi dicit, quod id, quod se exhibet in oculis omnium, non potest non esse notorium, & in c.de manifesta. 2.q. 1. Abb. in c.ecclesia Sanctæ Mariæ in lectura. nu. 8.& in repetit. nu. 12. de constitut. quod quando factum est notorium, non sit necessaria citatio partis, nec monitio docet Abb.in c.peruenit el primiero. & habetur in c.cum sit Romana.§.final. vbi Decius.n. 76. de appellat. Felynus in c.sacro. nu. 4.

59 Sed quia posset dubitari, vbi adest in hoc casu contumacia, quæ est causa formalis excommunicationis, nec contumax dici possit, nisi fuerit admonitus, vt supra diximus, & tradit Soto in.4.dist.22.q.1.art.2.concl 4.

Ad hoc dico. quod est duplex contumacia. Vna vera, quæ contingit post monitionem: altera vero præsumpta, quæ exurgit ex perseuerantia in peccato præterito publico, scandaloso, & non emendato.

Nam tunc ex his iusta desumitur præsumptio cõtumacię, quod ille non obtemperauit monitioni, & cum sit frustatoria, non est adhibenda, vti habetur in præcepto correctionis fraternæ, quando nõ est spes fructusquia tunc ne actio sit otiosa, omittenda est correctio; quicquid in hoc inuoluat Suarez
60 disp.3.sect.10.nu.8.9.& 10. Vnde cum Dux, & Senatus ipso iure sint excommunicati, & constet de notorietate facti inexcusabiliter, ita quod nulla tergiuersatione celari possit, cum adhuc clerici sint carcerati, & ll. non sint annullatæ, maneatq; violata libertas ecclesiastica & vsurpata ecclesiæ iurisdictio, & læsa Pontificis authoritas, & Maiestas, idque lippis, & tonsoribus sit notum, nulla dubitatio subesse potest, quin a Sanctissimo D.N. in hoc vltimo monitorio potuerint excommunicari, nulla præmissa monitione.

61 Tertio magis vrget contra supradictos, quod sunt vere contumaces, & rebelles præceptis, & censuris Apostolicis,

ita vt uulla egeat probatione, seq; ad arma præparent, & tractatus cõtra censuras, & interdicta Apostolica publice thypis mandare permittant, & data publica, & notoria contumacia, monitio nullatenus est necessaria, quæ fit vt corrigantur, et pareant.

Ipsi autem nec corrigi, neque obtemperare volunt, & ita esset frustratoria, & inutilis monitio, vt in præcedenti. §. dictum est. & probatur in c. cum sit Romana. 5. §. præterea. de appell. ibi, *nisi forte manifestus raptor, vel fornicator existat, sicut ille, quẽ absentem, & irrequisitum Apostolus excommunicauit*, vt habetur 1. ad Corinthios c. 5. & in c. de manifesta. 17. causa. 2. q. 1. et ex tex. d. §. præterea. hoc notant DD. Abb. et Decius. n. 68. et ibi, gloss. in verbo irrequisitum, ibi, *& quia crimen notorium erat, non vocauit eum, quia nec expediebat, ex quo nolebat se corrigere.* Cum adductis a Gabriele lib. 2. tit. de citationibus, cõclus. 1. nu. 154. Felynus in d. c. cum sit Romana. §. fin. nu. 8. et ibi Præpositus. nu. 29. vers. *aut tunc est notorium*. tex. in c. 1. vbi Abb. et DD. de iudicijs. et est communis opinio teste Suarez, dis. 3. sect. 8. nu. 3. et disp. 10. nu. 12. Ripa c. 1. de iudicijs. nu. 81. & dicit Angelus in. l. ideoque. §. fin. qui potiores in pig. habean. et Præpositus in c. proposuit. nu. 6. de appellat. quod in notorijs non est necessaria sententia, sed exequutio pœnæ iuris, et probatur in d. c. de manifesta. et ante eos Innocen. in c. ex parte. 23. nu. 1. de verborum signif. Couarru. c. alma mater. 1. par. §. 2. nu. 8. vers. 5.

63 Quod si velis aliorum sequi sententiam existimantium adhuc esse necessariam monitionem, etiam si contumacia, et perseuerantia in delicto notoria sit. cum possit contumax (præmissa monitione) resipiscere, ac proinde dicunt sufficere monitionem extraiudicialem, quæ si inutilis fuerit, tunc absque alia monitione iudiciali, vel extraiudiciali poterit contumax excommunicari; nam tunc non deficit contumacia, quæ est immediata excommunicationis causa, et ita Corinthium illum fuisse ab Apostolo extraiudicialiter admonitum, glos. in d. c. cum sit Romana. §. fin. verbo, *irrequisitum* in fine, quam alij sequuntur, quos refert Couarru. d. §. 9. nu. 6. et probat

bat

bat Suarez ex eodem Apostolo d. tractatu de censuris. disp. 3. sect. 11. nu. 8. vbi dicit, quod vero similius est Paulum admonuisse illum Corinthium, & fortasse sæpius, & addit quod durabat tunc in peccato, & addit, quod etiam est verisimile, Pauli censuram fuisse sub conditione latam, si non resipisceret.

64 Mihi tamen, & si hæc opinio æqua videatur, contraria opinio communis de rigore iuris verior videtur, cui multum patrocinatur tex. in d. §. præterea. vbi Alexander Tertius insinuat Corinthium illum ab Apostolo Paulo absentem, & irrequisitum fuisse excommunicatum, & in hunc sensum textum illum accipit communis opinio, neque credendum est, quod si aliqua præcessisset monitio eam silentio præterisset Alexander Tertius; neque D. Ambrosius in d. epistola ad Corinthios, vt habetur in d. c. manifesta, vbi tantum D. Ambrosius expendit pro iustificatione illius excommunicationis offensam esse manifestam, quam omnes sciebant, et non arguebant, & inuerecundam perseuerantiam in delicto, publicè enim Corinthius ille nouercam suam domi, loco vxoris habebat: his enim concurrentibus, quæ nam spes esse poterat, vt admonitus resipisceret? & cum hæc sit præsumpta contumacia, vt proxime diximus, non defecit causa formalis excommunicationis, sed si aliqua monitio præcessisset, non diceret Alexander fuisse irrequisitum.

65 Alia vero, quæ dicit glos. in d. §. præterea. verbo. irrequisitum. in fine, quod ille Corinthius ab Apostolo fuit requisitus, per Apolinem suum discipulum, & quæ dicunt Couarru. & Suarez non carent spiritu diuinationis, cum dicat D. Ambrosius, quod omnes crimen sciebant, & non arguebant; licet de eo male sentirent.

66 Et sic locus Diui Pauli quocunque modo eum expendas optime facit pro censuris Pauli Pont. Max. contra Ducem, et Senatum; nam si exigas monitionem, eam præcessisse supra ostensum est. et si esset prætermissa, nusquam fuit necessaria, propter inobedientiam, et contumaciam omnibus notam.

67 Quarto probatur, quod non fuerit necessaria monitio; nam pro præteritis culpis a Duce, & Senatu commissis, potest imponi excommunicatio ab homine absque eo, quod aliqua præcedat monitio, vt docet Caietanus 2.2.q. 69. art. 1. vers. ad secundam; quam opinionem tenuit gloss. in c. Romana. §. caueant, verbo, culpam. de senten. excomm. in. 6. & quæ dicit Couarru. c. alma mater. 1. par. §. 10. nu. 5. vers. his omnibus, Corduba in quæstionario, lib. 2. q. 27. §. sed ad exaltationem. Syluester, verbo, excommunicatio in notabili. 3. & 4. & verbo excommunicatio 2. notab. 2. & 4.

Pro qua opinione adducit plura iura Suarez, disp. 4. sect. 5. nu. 4. Verum quia hæc opinio communiter reprobatur, immo quod pro præteritis culpis non possit quis excommunicari, nisi prius moneatur, & fuit opinio D. Thomæ in 4. dist. 18. q. 2. art. 1. quæstiuncula. 3. & in addition. q. 21. art. 3. & Abbatis. in c. P. & G. de offic. deleg. & pluriũ, quos refert Suarez. d. disp. 5. a n. 6. vbi latè disputat quæstionem, pro qua videtur tex. in c. Romana. §. caueant, de senten. excommun. lib. 6. & disp. 18. sect. 3. n. 28. & 29. Soto, in 4. dist. 22. q. 1. art. 2. concl. 2. & 4. Innocen. c. expos. 23. n. 4. de verbor. significat. quamuis pro præterito peccato possit quis puniri suspensione sine contumacia, quia est pura pœna: secus in excommunicatione, quæ non est pura pœna, sed medicina, vt tradit eleganter Innoc.
68 in c. 1. n. 3. de excessibus Prælat. Tamen omnes conueniunt, quod pro præterito peccato, in quo adhuc existit peccator, vel si iam est finitum, tenetur tamen ad aliquam satisfactionem, potest admoneri vt desistat a peccato, & satisfaciat parti læsæ, assignato sibi termino, quo elapso sit excommunicatus, & tradit Lapus alleg. 73. Decius in c. reprehensibilis. n. 13. de appell. Abb. & Francus in c. peruenit. eod. tit. cum adductis a Gabriele. lib. 2. tit. de citationibus. concl. 1. n. 158. & facit tex. in c. ex tua. de clericis non residentibus. & doctrina Innoc. in c. ex parte, el primiero. de verb. sign. n. 4. vbi dicit, quod si Iudex
69 ecclesiasticus præcipit aliquid, quod ad officiũ eius pertinet, si tamen non pareatur, potest excommunicare absq; alia monitione facienda, super emendatione criminis perpetrati, quia

quia vere contumax est, & Innocentium sequitur Francus.
70 c. cum sit Romana. §. fin. de appell. Et hic modus excommunicandi est receptus ab ecclesia, nam fertur pro futura culpa inobedientiæ: qui vsus ecclesiæ, scientibus, & patientibus Pontificibus, derogat dispositioni tex. in d. §. caueant, vt dicit Couarru. d. §. 10. n. 4. & 5. Suarez, & Soto, vbi supra, Ledesma in prima parte. c. 3. de excommunicatione. Nec vsquam ecclesia pro peccato præterito simpliciter sine monitione imposuit excommunicationem, vt aduertit Soto d. concl. 4. & eo citato, Ledesma. d. c. 3. vers. *digo lo segundo*, pag. 727.

71 Nisi peccatum perseueret publice cum scandalo, & contumacia, absq; spe, quod monitio aliquid proficiet, vt dictum est in vers. secundo. & tertio. Nam tunc sine monitione potest excommunicare, vt in vers. secundo, & tertio. supra diximus.

Alias si aliquid præcipitur erga præterita absq; dicta monitione præceptum esset nullum, Innocent. in c. proposuit de concessione præbendæ. Nauar. in. §. 27. nu. 10. et 11. et addo Præpositum in c. cum sit Romana. nu. 28. et in c. reprehensibilis. nu. 6. de appell.

72 Et sic D. N. in hoc vltimo monitorio monuit dictum Ducem, et Senatum, vt desisterent a peccato, in quo erant, et emendarent læsionem ecclesiasticæ libertatis, et iurisdictionis, ad quam tenentur; alias sint excommunicati iuxta formã traditam in c. grauem 53. de senten. excommun. et ita non est
73 necessaria alia monitio: nam transactis tribus terminis statim sunt excommunicati, non tamen retrotrahitur excommunicatio, neque in ea habet locum fictio retrotractiua, vt resoluit Couarru. d. §. 10. nu. 6.

74 Nec dicatur quod excommunicatio Sanctissimi est lata contra vniuersitatem, et collegium, quod nullo modo fieri potest, cum Senatus sit corpus fictum, non habens verã animam, quæ excommunicari possit, vt habetur in c. Romana. §. in vniuersitatem. de sent. excommun. lib. 6.

Nam respondetur, quod licet talis sententia ferri non debeat, lata tamen tenet, et fuit opinio Siluestri verbo excommunicatio. 6. et Bernardi, et glos. in d. §. in vniuersitatem, ver-

 bo

bo *penitus* in fine, et est magis probabilis opinio secundum Ledesmam. 1. par. summæ. c. 5. de excommun. vers. *la duda es, si la escomunion*. pag. 740. secundum Couarru. lib. 2. resol. c. 8. nu. 9. vers. fortassis.

Secundo respondetur, quod tex. in d. §. in vniuersitatem, procedit, quando simpliciter excommunicatur vniuersitas; bene tamen possunt excommunicari omnes de collegio, et vniuersitate, quos culpabiles esse contigerit, vt in d. §. in vniuersitatē in fine: vbi gloss. verbo *culpabiles*, dicit, *sicut Prælatos, vel Consules, & huiusmodi maiores*, & ibi Ioannes Andreas, & Francus in principio: immo si constaret, quod tota vniuersitas esset culpabilis, posset ipsa vniuersitas excommunicari, vt ibi dicunt DD. in d. §. in vniuersitatem. & Couarru. in d. nu. 6.

75 Nec post inobedientiam esset necessaria alia causæ cognitio, vt per Francum, ibi, in gl. fin. & in d. monitorio D. N. apposita est clausula, *& eorum quilibet etiam si non sunt specialiter nominati, quorum tamen singulorum nomina, & cognomina præsentibus pro expressis habere volumus*: in quo casu omnes fatentur, quod Prior, & Consules possunt excommunicari, nam clausula *quorum tenores* (vt dicunt practici) fert secum plaustra, & boues, de qua plura per Gabrielem, lib. 6. tit. de clau-

76 sulis. concl. 5. Et in ea etiā dicitur, quod successores Ducis, & Consulum, si in eadem fuerint contumacia, sint excommunicati, vt habetur in c. aduersus de immunit. eccles. & tradunt Francus, & DD. in d. §. in vniuersitatem. Vnde in illo tractatu. *Considerationi sopra le censure*. vers. *certamente questo monitorio*. male adducitur contra monitorium Sanctissimi, tex. in d. §. in vniuersitatem.

77 In ea tamen censura non comprehenduntur Senatores, qui non sunt culpabiles, nec dederunt vota, vt ipsæ leges fierent, nec etiam fuerunt inobedientes dicto monitorio, vt docet Innocent. & post eum alij, in c. nouerit de sentent. excommunic.

78 Nec in dicto monitorio aliqua excommunicatio maior profertur contra communicantes cum dictis excommunicatis

tis,et sic sumus extra dispositionem.c. *statuimus*, 3. et c. constitutionem. 9 .de senten. excommun.in 6.

Nec etiam communicantes suspenduntur,neque interdicuntur, & ita sum us extra dispositionē tex. in c. dispositionē 13. eod.tit. Nam Ciuitas tantum est interdicta propter delictum Rectorum,iuxta c.si sententia.16. & c.si Ciuitas.17.eod.tit.

79 Vltimo loco videndum est de publicatione dictæ excommunicationis, & interdicti, an fuerit necessaria, & legitime facta, & de publicatione excommunicationis habemus textum in c.curæ.20. causa. 11. q. 3.& in c.peruenit. 13.& in c. pastoralis 53.§.verum.de appellat.& Clem.2.de pœnis. & de interdicto habetur in Clem. fin. de censibus, & in c. 1. de postul.præla.

Cæterum vt excommunicati euitentur, & vt interdicta seruentur,necesse est, vt specialiter, & expresse publicentur excommunicati, nisi aliquis sit notorie excommunicatus,ita vt non possit aliqua tergiuersatione celari, nec aliquo iuris suffragio excusari,vt habetur ex Concilio Basiliensi.in extrauagan. ad euitanda scandala.

80 Quæ decisio iuxta opinionē Adriani relati a Didaco Couar.in c.alma mater.1. par.§.2. nu. 7. vers. 4. non procedit in nominatim excommunicatis.

Nominatim autē excōmunicatus,is est, qui exprimitur proprio nomine, aut aliquot appositis signis, quæ certe,& absq. vllo dubio eū,qui excōmunicatur,significent,& demonstrent, vt tradit glos.in c.cum & plantare.§ excōmunicatos.de priuilegijs. Et etiam ille est vitandus,qui tam notorie est excommunicatus, qui nulla possit tergiuersatione celari, aut excusari, vt tradit Couarru.d.§.2.nu.8.vers.5.

81 Sed quia quod de notorio excommunicato statutum fuerat in Concilio Basiliensi, postea per Martinum Quintum in Concilio Constantiensi restrictum fuit ad notorium clerici percussorem, vt is absque denunciatione euitari debeat, vt tradit idem Couarru.d.§.nu.9.vers.superest. & Nauar.in Manuali c.27.nu.35.vers.nota tertio, & latissime Guttierez practicarum quæst.lib.1.c.1,a nu.6.

Iuxta

Iuxta quæ dicẽdum videtur, quod dictus Dux, et Senatus, dum notorie detinent Clericos in carceribus, sunt euitandi absq; aliqua denunciatione.

Secundo, quod ipsi excommunicati non iuuantur dispositione dictæ extrauagantis, licèt non sint publicati, sed tenentur se abstinere, vt superius a nobis dictum est, et constat ex verbis ipsius extrauagantis in fine ibi, *per hoc tamen non intendimus releuare, nec iuuare sic excommunicatos, suspensos, interdictos, aut prohibitos.* et tradunt Nauarr. vbi supra, et Couarru. et Guttierez.

82 Tertio dicimus, quod publicatio est iuris positiui, et in modo, et loco, vbi debet publicari, non tenentur Episcopi seruare omnia requisita posita in d.c. curæ. 11. q. 3. sed sat est, quod eorum arbitrio, ita fiat, vt nota sit excõmunicatio, & excusationis causa omnibus auferatur. Et sat est, quod fiat in valuis ecclesiæ, vel locis publicis, ita vt ad notitiam omnium perueniat, neq; ius aliquod est, quod huic publicationi formã constituat: nec in d.c. curæ. est aliquod verbum, quod præceptum contineat, sed sufficit quod moraliter sit sufficiens arbitrio iudicis declarantis iuxta grauitatem delicti, et contumaciam delinquentis, vt magis, vel minus fiat publicatio, vt docet Suarez de censuris disp. 3. sect. 14. a nu. 4. Guttierez, d.c. 1. nu. 32. et facit regula. cum qui certus est. de reg. iuris, lib. 6. l. 1. §. fin. ibi, *ex quo quis scit.* tit. quando appellandum sit. et est tex. qui loquitur in interdicto, in c. 1. de postul. Prælat.

83 Sicq; D.N. prædictos Ducem, et Senatum excommunicauit, & excommunicatos denunciauit, et declarauit, prçcepitq; Prælatis, vt prædictas litteras (postquam eas receperint, seu earum notitiam habuerint) faciant publicari, et in valuis ecclesiarum affigi: et quod prædictæ literæ affixæ in valuis ecclesiæ Lateranen. et Basilicæ Principis Apostolorum, et Cancellariæ Apostolicæ, et in acie Campi floræ, eosdem Ducem, et Senatum, et alios quoscunq; prædictos. *Vos etiam vniuersos, & singulos respectiue (scilicet Prælatos, & personas ecclesiasticas) perinde afficiat, ac si eorum, ac vestrum cuilibet personaliter directæ, intimatæ, & præsentatæ fuissent.*

Et

Et cum forma publicationis (vt dictum est) non sit de iure constituta, sed potius consuetudine quadam, immo si esset de iure positiuo, plurimum posset Pontificis voluntas circa modum, et locum publicationis; quapropter nec Prælati, Vicarij Plebani, et alij Religiosi Status Reip. Venetæ, nec excommunicati, nec cæteri laici legitime excusari possunt; cum censuræ, & interdicta sint omnibus nota, & ad eorum notitiam peruenerint, quæ est ratio publicationis. Tum etiam si foret
84 necessarium, quod publicatio fieret in dicta Ciuitate, ex quo ibi non erat tutus accessus volenti eas publicare, vt notũ est, perinde est ac si ibidem fuissent publicatæ, vt in Clem. causam. 3. §. verum. de elect. vt a nobis superius notatum est circa articulum monitionis personalis. & habetur in Clem. Pastoralis. 2. §. notorium quippe. de electione. cuius verba omnia vsque ad versiculum, vt illud, optime conferunt ad hanc rem. Et quia, vt dicit dicta Clemẽtina, quis auderet accedere ad illam potentissimam vrbem, ad denunciandos Ducem, et consiliarios? Et cum locus tutus non esset, sufficit publicationem fieri per edictum, vt in Clem. 1. de iudicijs, et in Clem. 1. de foro competen. et tradit Maranta in praxi. 6. par. de citatione. nu. 85. tum videlicet quia non est necessarium constitutionis Pontificiæ vbique fieri publicationem: sat enim est, vt in curia fiat, vt per Canonistas in data lib. 6. et in c. nouerit. de senten. excom. Soto de iust. et iure. lib 1. q. 1. art. 4.

Et quia iam tempus nostri itineris instat; æquum est, vt receptui canamus; Video enim (nescio quem) mihi aurem vellicantem, et dicentem illud Virgilij. *Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt*, et quia, *opere in longo fas est obrepere somnum.*

Ideo obsecro, vt tua Sanctitas hæc, quæ a me dicta sunt in defensionem ecclesiasticæ libertatis, et iurisdictionis, corrigat, et emendet; ea enim censuræ tuæ Sanctitatis, et ecclesiæ Catholicæ Romanæ subijcio. Mediolani. xij. Kal. Nouembri Anno Domini. 1606.

FINIS.

ROMÆ, Apud Lepidum Fatium. 1607.